RESPONSVM
PRO FRATRE
IOANNIS MATTHÆI CANALII I.V.D.
ET PVBLICI BONON. PROFESSORIS.

In quo materia concursus in vsufructu proprietarij, & vsufructuarij, & Leg. Si alij, Leg. Sempronius, §.fin.ff.de vsu,& vsufr.legat. & Leg.Si proprietas fundi.ff.de vsufr.accrescen. exacte explicatur.

Cui accedunt subscriptiones Excellentissimorum Doctorum, & additamenta eiusdem CANALII pro tollendis contrarijs, ex quibus exactius eadem materia subtilis perficitur.



BONONIÆ,
Apud Ioannem Rossium. MDLXXXVII.

Curiæ Archiepisc. & S. Inquisit. concessu.





ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISS. DOM. D. HENRICO CAETANO. S. R. E. CARDINALI, TIT. SANCT. PVDENTIANÆ, BONONIÆ DE LATERE LEGATO MERITISSIMO.



Io. Matthæus Canalis I. V. D. Bonon. S. P. D.



IXTO V. PONTIFICI OPTIMO MAXIMO, Respub. Christiana vniuersa, his temporibus multum quidem debet; quia multa, atq; infinita sunt beneficia, quæ indies Sanctitas eius in eam confert. At verò Bononia nostra Beatitudini eius debet omnia: quia cum eius beneficio, te HENRICVM CAETANVM CARDINALEM Legatum de latere amplissimum, ad sui regimen acceperit, simul etiam consequuta est, in tranquillitate maxima, fœlicitatem summam. Beatam namq; ciuitatem illam, prædicant omnes, cui is præest, qui propago existit, alti, illustris, & conspicui, omniumq; sermone celebrati sanguinis, vt quæ sub maximo constituta rectore, maximam sentiat prouidentiam. Notum quippe est, præ cæteris Princeps optime, excelsum, insigne, inclytum CAETANORVM antiquissimum tuum genus, perpetuò nobilitatum, viris, scientia rei militaris clarissimis, Iuris Ciuilis prudentia præstantissimis, diuina Philosophia illustrissimis feudis, iurisdictionibus, potestatibus, Regum, Imperatorum, & Pontificum, beneficio ornatissimis, Clericalibus dignitatibus omnibus, & præcipuè Cardinalitia, & Pontificia, admirabilissimis, deq; vniuerso Christianorum grege, Romanaq; Ecclesiæ statu benemeritissimis. Cuius quidem

dem generis lucem, ac splendorem acceptum, non solum ab ineunte ætate tua, vsque ad hunc diem, cum dignitate tu sustinuisti, sed morum quidem probitate, & nobilitate exuperasti. Nam vel externa illa tua species corporis, & animi iocunditas, vultusq; hilaritas, quibus omnium hominum animos tibi deuinctos retines, animi tui candidi, læti, pulchris, pijs, sanctis, ac religiosis moribus, bene culti, existunt sanè radij, quibus non nascentis, aut crescentis, sed perfectæ Atauorum tuorum nobilitatis decorem illustras, reformas, & comples. Resides equidem inter nos Bononienses tuos, HENRICE Illustrißime, vt Apum Rex, qui etsi aculeum habeat, eo tamen non vtitur: Teq; metuunt sanè multi, sed amant vniuersi; Nam vbi seueritate vteris, iuxta Diui Bernardi sermonem, paterna illa est: & cum mansuetudine sine feritate, verbera quantum potes suspendis, vbera verò producis, neq; in furore tuus est baculus, ne vt parum accuratus sagitarius, dum in beluam sagittam conijcis, hominem interficias, virgamq; Aaron, cum tabulis Legis, simulque cum vase Mannæ electæ, in Arca seruas, dum intelligis, correctionem, cum moderatione, & benignitate esse debere. tantumq; potest hæc tua benignitas, quod (non ignota loquor) quasi igniculos quosdam amoris, & beneuolentiæ, relinquis in hominum pectoribus; Nec aliunde magis, quàm ex hac clementiæ tuæ virtute, tuæ nobilitatis testimonium suscipi potest, iustitiaq; rectitudo, quàm ex eo, quod Tros, Tyriusq; tibi nullo agitur discrimine? Vtinam mihi tanta in dicendo facultas esset, qua plena laudatione, genus, mores, officia, gesta præclara, iudicia, legislationes, & alia tua, tuiq; sanguinis ornamenta prosequi valerem, nam equidem cuncta libentißimè explicarem; Verum fama Illustris tantorum multorum, & magnorum meritorum, & in patriam, & in ciues, & in Christianam Rempublicam, & in omne genus hominum, non epistolam hanc meam incultam, sed iuxta volumina, & Demosthenum, Ciceronum, & illorum ætatis nostræ, eloquentiæ principium, quos tu foues, facundiam, dicendiq; artem perfectam desiderat, atque exposcit. Ne mihi obsecro, Illustrißime Cardinalis, locustæ nomen dederis, quæ æstate cantat, & saltat; At verò hyeme & tacet, & abdit se; Nam dum ego hæc scribo sum equidem in hyeme summa, totusq; tremo, & horreo, postquam aspexi fortunam hanc meam, maleq; mecum actum esset ni singularibus beneficijs, & fauoribus in me collatis recreatus fuissem, atque nunc etiam recrearer, sub hoc æstiuo feruentißimo tuarum præclarißimarum actionum tempore, sub quo totus gestio, vix sum apud me, speroque refocillationem spirituum iam laxatorum, dum obseruo, quibus consilijs Bononiam regis, quibus fundas legibus, iudicijsque emendas, quàmque in publicarum, priuatarumque rerum administratione commode verseris ita vt nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, aut inhumanum, neque sensu, neque verbis, neque ore, neque gestu poßit in te deprehendi. quapropter, tuam vrbanitatem, cum ciuilitate, atque ciuilitatem cum vrbanitate connexam admiror ego, quinimo suspiciunt singuli, omnes, vniuersi. Ne igitur MAECENAS OPTIME,

& præsi-

& præsidium, & dulce Decus meum, me inter assentatores numeres, sed si laudes renuis, secundum virtutes operari cessa, tunc .n. duplex decor ille tuus, & maiorum, & proprius, acceptaq; hac ex tuis virtutibus lux, conuertetur in tenebras, nec aliquis laudator erit. Nosti .n. PATRONE COLENDISSIME, quod Principum gesta, celari nullo modo possunt. Eorum .n. (inquit Plutarchus ad Traianum) qui Republica præsunt, non modo singula verba, nec res tantum publicè gesta animaduerti, notariq; solent, sed etiam, quæ priuatim domi cum familia agun tur curiosius conquiri. Populus .n. (inquit) eorum mores, vitam, actiones, consilia omnia curiosissime rimari, atq; introspicere solet, etiã, si hac altè admodum obtegas, & tanquam velamentis obnubas, & abdas. Si igitur tu tibi ILLVSTRISSIME DOMINE, illam legem imposuisti; semper bono, recto, atq; magno animo esse, & sic Deum hospitem sub tuo humano pectore habere, tuasq; actiones omnes, ita instituere, & moderari, vt quippiam maius, & excellentius, atq; augustius illæ præ cæteris referant, mihi etiam, tantis tuis meritis allecto, pro illa tua ingenita benignitate, & charitate, licuerit, animi mei deuotionem, & obseruantiam erga te, his qualibuscumq; literis significare: Dent populi palàm in foro, in plateis, in templis, imagines, simulachra, & statuas, digna tua virtutis eximiæ testimonia; ego ex silua meorum laborum, hoc pro Cornelio Canalio fratre meo, Responsum, virorum præstantissimorum hortatu, ad communem (si qua est in eo) vtilitatem, in lucem datu rus, sub Tuo illud fœlicissimo nomine in publicum exire curaui, quasi pignus certissimum deuotionis meæ propensissimæ, erga Te, & heroicas virtutes Tuas. Nam & illud iure Tibi debitum existimaui, & quia ipsius fratris causa in præsentiarũ, sub Tuo regimine agitur, apud Franciscum Centium Pistoriensem, ius in ciuilibus Bononiæ dicentem virum, ex multis quidem dignum protectione tua, sed eo maximè, quia est bonæ voluntatis, & singularis probitatis, atq; in suo cuiq; tribuendo, fidelissimus iustitiæ sacerdos, necnon apud Iosephum Rosetum Foroliuiensem Rotæ Bononiensis Auditorem meritissimum, omnium consensu, & testimonio summum vtriusque iuris Monarcham; & apud Ioannem Antonium Filippam Taurinen. eiusdem Rotæ Bononiensis Auditorem, virum solertissimum, & doctissimum, cuius gloria erit immortalis, cum omnibus sit notissimum, eum omnem gratiam humanã, pro iustitiæ honore contemnere consueuisse. Et quia etiam Tu CARDINALIS Amplissime, à primis annis, in Perusino Gymnasio iuris prudentiæ, quæ maxime viros claros, & nobiles honestat, eam operam dedisti, vt cum magno omniũ applausu, Doctoris insignia fueris adeptus. Deinde in Vrbe patria Tua sic per omnes iustitiæ gradus pertransisti, atq; de Sede Apostolica benemeritus fuisti, vt dignè Cardinalium numero promerueris designari; Vnde iure merito, subiectum præsentis laboris nostri, quod de Apicibus iuris apparet, tui summi legum Coriphei expetit, & iudicium, & fauorem. Accipe igitur, ILLVSTRISSIME MI DOMINE, hos primos agelli mei fructus, ea animi alacritate, qua soles omnia; Nam si tibi eos aliquid

 quid

quid suauitatis attulisse cognouero, sub tuo fœlicissimo numine, maiora fortasse in posterum conari, non dubitabo. Vale, meq; fratremq; meum liberosque nostros inter deuotissimos seruos Tuos connumerare nō dedigneris; nos verò omnes interim SALVATOREM *nostrum ex toto corde rogare non desistemus, vt te Virum Illustrissimum sinat ad annos peruenire Nestoreos; tuosq; omnes nobiles conatus benèfortunet. Iterum vale.*

Bonon. Kal. Ianuarij. MDLXXXVIII.

LVCII PHILIPPII FERRARIENSIS.

MARMOREOS arcus, veterum monumenta quiritum,
Pictaq; porticibus, conterit imber edax;
Temporis insidiæ delent, æuiq; vetustas,
Dum tacito accedit, curua senecta pede;
Pinxit quæ solers quondam Parrhasius ante,
Nunc oculis cunctis semi relicta iacent;
Signaq; Lysippi, manibus spirantia doctis,
Diruit ætatis, lenta ruina situ;
At tua CANALI, *viuent monumenta per annos,*
Ad freta dum current Nilus, & Ister aquis;
Flumina dum pisces, Axis dum sydera habebit,
Dumq; dies fuerit, noxq; recurret iners;
Maxima fatidicæ sunt hæc responsa Sybillæ,
Quæritet in dubijs, vnde Britannus opem;
Quo veniet Rhodaniq; potor, Rhenumq; bibentes,
Vt rebus possint consuluisse suis.

BRVNI GIARDINI CANONICI RAVENNATIS.

HINC osci fugiant, qui audent mordacibus vsque
Morsibus esse feri: neue Hipponax rabido ore
Audiat impurus MATTHAEI *lædere dicta:*
Zoilus & procul hinc, blaterent hinc Staterijq;
Nam licet admotas sic naufragus horreat vndas,
Cumq; lupo, cruciet pauidam canis acriter agnam
Vt tamen huc dentes possint infigere morsus,
Non timet, aut tempus, quis virtutem minuatq;,
Quin radijs Sol dum montes lustrabit, eruntq;
Cornua Lunæ, & Cœlerum conuexa manebunt,
Insignis semper CANALIS, *gloria curret.*

RESPONSVM.

CONCVRSVS IN VSVFRVCTV. HAEREDIS PROPRIETARII, ET HAEREDIS VSVFRVCTVARII.

IOANNIS MATTHAEI CANALII I. V. D.



SVMMARIVM.

1 TESTAMENTI *series.*
2 *Dubitatio.*
3 *Ad rectè iudicandum, quinque requiruntur, Potestas, Sapientia, Timor Dei, Veritas, & odium auaritiæ.*
4 *Hæres proprietarius in omnibus bonis institutus, in dubio proposito, cōcurrit in vsufructu, cum vsufructuarijs institutis in eisdē bonis.*
5 *Institutus in toto integrali, concurrit, in altera parte integrali eiusdem totius, in qua alter est cohæres.*
6 *Institutus in toto integrali, dicitur re coniunctus cum eo, cui altera pars integralis eiusdem totius, est relicta.*
7 *Relictum totius, desinit esse totum sublata altera parte integrali, ipsius totius.*
8 *Ratio explicatur, in qua est fundata dispositio l. si alij ff. de vsu, & vsufr. legat.*
9 *Fundus, est vna res tota integralis, consistens ex suis partibus integralibus, nuda proprietate, & vsufructu.*
10 *Proprietatis verbum simpliciter prolatum, intelligitur de plena proprietate.*
11 *Vsusfructus in dubio, non censetur separatus à proprietate.*
12 *Nudam rei proprietatem, qui petit, non dicitur petere fructus, quia ex proprietate nominis, nuda proprietatis, significatur proprietas sine fructu.*
13 *Qui petit rei proprietatem, simul & semel, petit causalem vsumfructum, qui venit ex ipso iure proprietatis.*
Vsusfructus à proprietate non intelligitur separatus, si non exprimatur, deducto vsufructu, lego proprietatem.
14 *Si vni fundi proprietas, & duobus eiusdem fundi vsusfructus relinquitur, vnus semissem, duo alterum semissem habebunt, & è contra.*
15 *Relictum fundi, idem est, quod relictum proprietatis fundi.*
16 *Relictum proprietatis fundi, est relictum plenum, ex nuda proprietate, & vsufructu, licet alij vsusfructus eiusdē fundi sit relictus. Idem operatur genus, quo ad genus, quod operatur species, quo ad speciem.*
17 *Si vni relinquatur nuda fundi proprietas, alteri relinquatur eiusdem fundi vsusfructus, duo erunt relicta disiuncta, nec dabitur concursus in vsufructu.*
18 *Verbum, proprietas, additū fundo non addito verbo (Nuda) significat plenā proprietatē.*
19 *Is, qui est institutus in omnibus bonis, datis cohæredibus vsufructuarijs omnium bonorum, habet proprietatem omnium bonorū, partim cū vsufructu, partim sine vsufructu.*
20 *Is, qui est institutus in omnibus bonis, non concurrit cum hæredibus vsufructuarijs, cū testator instituit vsufructuarios in toto, aut*

in integro vsufructu, aut sine deminutione, aut pleno iure, aut omni meliori modo.
At concurret, si non adsint similia verba.
Aut si pariter ex parte instituti, adsint verba, similibus æquipollentia.

21 Inter institutum in omnibus bonis, & duos institutos vsufructuarios, fiunt partes semisses in vsufructu, non trientes.

22 Ius accrescendi, primo locum habet inter vsufructuarias coniunctas, deinde inter eas, et proprietarium.

23 Dispositio l. si alij, de vsu, & vsufructu lega. habet locum etiam si relinquatur vni, aut pluribus, vsusfructus omnium bonorum; & tertio relinquatur proprietas alicuius rei singularis, secundum magis communem opinionem, & num. 16.

24 Dicta l. si alij, procedit etiam inter successores vniuersales, proprietarius. n. omnium bonorum, faciet partes semisses in vsufructu, cum vsufructuario eorundem bonorum, & num. 16. & num. 27.

25 Dictio collectiua vniuersalis (omnia) includit singula, perinde ac si singulariter essent expressa.

26 Institutus proprietarius in omnibus bonis, rebus, iuribus, & actionibus explicitè concurrit in vsufructu, cum institutis vsufructuarijs in eisdem bonis.

27 Dispositio, & ratio d. l. si alij, ita militat in particularibus, sicut & in vniuersalibus & num. 16. 24. 27.

28 Sinonimorum, & seu specierum, non necessaria conculcatio, rei substantiā non mutat.

29 Verba singula in testamentis, sunt cum effectu operandi, & attendenda.

30 Institutus simpliciter hæres, non concurrit, cū instituto hærede vsufructuario.

31 Hæreditas est quid separatum, à plena proprietate, & habet intellectū, sine vllo corpore, & potest esse damnosa, & sine bonis.
Et qui actiuam testamenti factionem habet, potest instituere hæredem, licet nulla habeat bona, & hæreditas sit damnosa.

32 Institutus explicitè hæres in omnibus bonis, &c. habet plenam proprietatem in omnibus, & concurrit cum vsufructuario omnium bonorum, & num. 34.

33 Bona dicuntur cum commoditate, & fructibus, dicta à beando, quia prosunt.

34 Verba institutionis, in omnibus bonis, &c. sunt testatoris non notarij.

35 Institutus hæres pleno iure, concurrit in vsufructu, cum vsufructuario, omniū bonorū.

36 Verba, pleno iure, intelligūtur sine diminutiōe.

37 Clausula omni meliori modo, &c. importat pleno iure, & sine diminutione.

38 Hæres institutus potest deducere falcidiam, & seu trebellianicam, ab vsufructuario omnium bonorum.
At si vsusfructus omnium bonorum, sit relictus, omni meliori modo, quia tunc intelligitur pleno iure, & sine diminutione, non deducit hæres falcidiam.

39 Institutus in proprietate bonorū, omni meliori modo, intelligitur institutus pleno iure, & sine diminutione, & cōcurrit in vsufructu, cum vsufructuario omnium bonorum.

40 Institutus hæres proprietarius in omnibus bonis, & durāte, & extincto vsufructu, mulieribus relicto, est hæres pleno iure omni tempore, & concurrit in vsufructu.

41 Plura copulata, vniformi iure, & eodem modo, debent determinari.

42 (Et) copula, tribuit copulatis, eādē qualitatē.
Et facit, vt copulata habeantur vnum, & loco vnius.

43 Institutus hæres proprietarius in bonis, durante, & extincto vsufructu, mulieri relicto, non debet existimari nudus proprietarius, omni tempore durantis, & extincti vsusfructus mulieris.

44 Institutio inutilis, & frustatoria, non est existimanda.

45 Lex habet pro absurdo, proprietates esse perpetuo inutiles.

46 Potius relictum vxoris, censeri debet inutile in dubio, quàm grauamen hæredis.

47 In

47 *In dubio non censetur vxor magis honorata, quàm nepos testatoris.*
48 *In dubio, testator, censetur magis dilexisse hæredem, quàm vsufructuarios.*
49 *In dubio, testator, censetur minus grauaße hæredem, quàm sit possibile.*
50 *Institutus in omnibus bonis, quo ad bona hæreditaria, dicitur hæres vniuersalis, sed quo ad proprietatem sermonis dicitur habere relictum generale, quod respicit singula bona.*
51 *Institutus in omnibus bonis, licet non sit dictum, pleno iure, tamen concurrit in semisse vsusfructus, cum vsufructuario omnium bonorum.*
52 *Institutio enim ipsa in omnibus bonis, perinde habetur, ac si eßet facta mentio specialis de singulis.*
53 *Dispositio l. si alij, ex ratione Bar. habet etiã locum in hærede, quicquid dicat Paris. in cõtrarium, nam opinio Alex. est communis.*
54 *Et habet etiam locum in hærede, & legatario certæ rei.*

SERIES TESTAMENTI ILLA EST.

1 N omnibus autem eius bonis, mobilibus, & immobilibus, rebus, iuribus, & actionibus pñtibus, & futuris, eius hæredes vsufructuarias esse voluit. N. eius vxorem viduam permanentem, per mortem dicti D. Testatoris, & donec vixerit vidua, vt supra, necnon N. dicti D. Testatoris sororem, & ambas æqualiter, & æquis portionibus, donec vixerint, vt supra. Et si dicta D. N. eius vxor morietur, aut ad secunda vota transiuerit, ante mortem d. D. N. eius sororis, dictam D. N. eius sororem succedere voluit in vsufructu prædicto, eiq; partem vsusfructus supradictæ D. N. eius vxori relictam accrescere voluit, & omnium bonorum, vsufructuariam esse donec vixerit. Et è conuerso, si d. D. N. eius soror morietur ante mortem, d. D. N. eius vxoris, ipsam vxorem succedere voluit in ea parte vsusfructus relicti, d. D. N. eius sorori, & eam partem accrescere voluit dictę eius vxori, & omnium bonorum vsufructuariam esse, donec vixerit vidua, per mortem d. D. Testatoris, vt supra.

Vsufructu verò prædicto durante, & eo extincto, vt supra, hæredem proprietarium in omnibus eius bonis, rebus, iuribus, & actionibus prædictis instituit, & esse voluit, magnificum D. N. eius ex sorore D. N. nepotem, & post eum eius filios, omni meliori modo, iure, via, causa, & forma, quibus magis, & melius, validius, & efficacius fieri potuit, & potest; & hanc suam, &c.

2 Ex scriptura testamenti præposita, † dubitatur, An ex sorore nepos hæres proprietarius institutus, in omnibus bonis, rebus, iuribus, & actionibus prædictis, durante, & extincto vsufructu, omni meliori modo, iure, via, causa, & forma, quibus magis, & melius, validius, & efficacius fieri potuit, & potest, faciat in vsufructu partes semisses, & concurrat cum sorore, & vxore testatoris, institutis hæredibus vsufructuarijs, vt supra.

Spiritus sanctus infundat in corde meo, quæ Deus ipse Trinus, & vnus, per os Moysis exigit in eo, qui rectè est iudicaturus, sapientiam, Dei timorem, veritatem, & odium auaritiæ, quippe, Ietro, consulens Moysi, ait.

3 Præpone, & constitue † iudices populo, in quibus sit potestas, sapientia, timor Dei, veritas, & odium auaritiæ. Exod. cap. 18.

Et Moyses, cõsiliũ exequẽdo, in solitudine trans Iordanẽ, cõstitutis iudicibus præcipit. Quod iustum est iudicate, siue ciuis, sit ille, siue peregrinus: Nulla erit differentia personarum; Ita paruum audietis, vt magnum; Nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Deuteron. cap. 1.

4 Veritas autem illa præfefert mihi in cafu, & dubio propofito, † vt nepos concurrat pro femiffe vfusfructus cum forore, & vxore teftatoris.

5 Primo, quia, † Quando teftator de vno toto integrali difponit in fauorē vnius, & de altera tantum parte integrali, & fubftantiali, eiufdem totius, difponit in fauorem alterius, ille in cuius fauorem difpofitum eft de toto, concurrit in altera parte integrali data alteri, & alteram habet fibi præcipuam. ita docuit Bart. ex mente glo. & Oldrad. quem alij omnes fequuntur in l. fi alij, per illum tex. ff. de vſ. & vfufr. legat. vbi affignat, & explicat rationem; Quia fi de relicto totius facto vni, remoueretur altera pars fubftantialis, & in ea non concurreret, relictum, quod fuit de toto, non verificaretur, vt ait glof. in l. Inde neratius. §. Non folum in verb. fundus ff. de vfufr. accrefcen. & idem Bart. in l. Re
6 coniuncti, col. 4. nu. 10. in quarto dubio, circa finem, ff. de legat. 3. ait † Quod relictum factū de toto, eft re coniunctum, cum relicto alterius partis integralis eiufdem totius.

7 Vnde vnus per concurfum facit partē alteri, in altera parte integrali illi relicta. † Quia relictū totius, definit effe totum fublata vna parte integrali ipfius. l. Fum, qui ædes ff. de vfucap. l. folum. l. feruitutes. §. fi fublatum. ff. de feruir. vrb. præd. l. Qui tes. § aream in fin
8 . ff. de fol. Corraf. in l. feruitutes nu. 12. & feq. ff. de feruit. & in hoc firmo † fundamento fundatur decifio, d. l. Si alij, vbi. Si vni fundus, alteri eiufdem fundi vfusfructus fit relictus, fit ab vtroq; concurfus in vfufructu. Rationem explicat Bart. in d. l. Re coniuncti, d. nu. 10. verf. fecundo cafu. Quia fi non concurreretur in vfufructu, non verificaretur
9 relictum illius, cui eft legatus fundus † eft. n. fundus vna res integralis, tota, confiftens ex nuda proprietate, & vfufructu. l. Qui vfumfructum. ff. de verbor. oblig. Is autē, cui fundus eft relictus, non fundum confequeretur, fi non concurreret in vfufructu, fed aliud, nempe, nudam proprietatem ait Bart.

Sed nepos hic, eft inftitutus hæres proprietarius eorundem bonorum, quorum foror, & vxor funt inftitutæ vfufructuariæ, & fic totius ex nuda proprietate, & vfufructu confiftentis, ergo concurret cum ipfis mulieribus in vfufructu, alias non verificaretur eius re-
10 lictum, nec confequeretur bonorum proprietatem, † Cum verbum proprietas fimpliciter prolatum, intelligatur de plena proprietate cum vfufructu, vt ait Alberic. de Rofat.
11 in d. l. fi alij, quem refert, & fequitur Rimin. fen. conf. 411. vol. 3. vbi ait † Quod in dubio vfusfructus non cenfetur feparatus à proprietate, idem dicit Ruy. in conf. 40. nu. 12. verf. præterea negari non poteft, quod faltim nō fit dubiū, vol. 2. vbi loquitur in terminis noftris, & probat tex. in terminis in l. fi proprietas fundi. ff. de vfufr. accrefc. & in l. Sempronius Attalus. § fin. ff. de vfu, & vfufr. legat. de quibus dicetur etiam infra.

Vbi probatur, quod appellatione proprietatis rei, venit plena proprietas cum vfufructu, aliàs non ageretur de concurfu proprietarij, vt ibi deciditur, & infra dicetur.

Quod etiam probat tex. in l. fi cum teftamento. §. fi fundum, verf. fed fi vfumfructum. ff. de excep. rei iud. iuncto tex. in l. Videamus. ff. de vfur. vbi probatur.

12 Quòd † qui nudam rei proprietatem petit, non petit fructus. At † qui petit rei pro-
13 prietatem petit caufalem vfumfructum, ex quibus iuribus apertiffime probatur; quod appellatione proprietatis rei, venit plena proprietas, cum vfufructu, & tunc fine vfufructu quando additur verbū (nuda.) Cōfirmatur, † Quia vfusfructus à proprietate, feparatus nō intelligitur, nifi exprefsè dicatur, vt puta, inftituo in proprietate bonorū, deducto vfufructu, in terminis tradit Ruy. conf. 40. nu. 12. verf. poftremo non obftat, ibi, Claufula igitur talis, vbi allegat tex. in d. l. fi alij, ff. de vfufr. legat. cum igitur in cafu propofito,

posito, hic nepos sit institutus hæres propietarius in bonis, sine additione, Nudus, aut deducto vsufructu; ergo sequitur, quod est proprietarius plenè, & sic concurret in vsufructu cum sorore, & vxore testatoris.

Secundo principaliter, inducitur tex. in l. si proprietas fundi ff. de usufr. accresc. iuncto tex. in l. Sempronius Attalus. §. fin. ff. de usufr. leg. in quibus optime probatur decisio casus nostri, deciditur ibi.

14 Si uni † proprietas fundi, & duobus usufructus fundi relinquatur, is cui proprietas fundi est relicta, concurret in semisse ususfructus cum duobus, quibus ususfructus fundi est relictus, qui alterum semissem habebunt, & è contra, si duobus proprietas fundi est relicta, & vni vsusfructus fundi, vsufructuarius habebit semissem vsusfructus, & alterum semissem habebunt duo, quibus est relicta fundi proprietas.

15 Ex quibus colligimus, Quòd † relictum proprietatis fundi, & relictũ fundi, idem sunt.

16 Et, quod † relictum proprietatis fundi, est relictum plenum ex nuda proprietate, & vsufructu consistens, licet fuerit factum speciale relictum vsusfructus eiusdem fundi.

Et quod, nihil refert, an primo relinquatur vsusfructus fundi, deinde proprietas fundi, vel è contra, primo proprietas fundi, deinde vsusfructus fundi, ista. n. prioritas, & posterioritas non attenditur in hoc casu, prout idem probatur in d. l. si alij, quæ concordat cum d. l. si proprietas, & d. § fin. l. Sempronius Attalus. sicut non attenditur inter institutiones, & legata. §. Ante hæredis. Instit. de legat. attenditur. n. quid vult testator, & de quo disponit, vt notatur in d. §. Ante hæredis.

Sed in casu nostro, est relicta proprietas huic nepoti omnium eorundem bonorum, quorum, & sororem, & vxorem testator vsufructuarias esse voluit. ergo, Nepos semissem vsusfructus, alterum semissem habebit soror, & vxor.

Nec dicatur, quod illæ leges loquuntur de relicto singulari; Quia respondetur, quod ex identitate rationis, idem est in relictis generalibus, † Sicut. n. cum vni relinquitur generaliter, alteri specialiter, diuerso tamen respectu, nempe proprietatis, & vsusfructus, datur concursus in vsufructu, Bart. in l. quæsitum. §. Si quis fundum, in vltima col. vers. si vero legatur, ff. de fund. instruc. vbi id docet, ex ratione d. l. si alij. Ita † si vni generaliter relinquatur, alteri minus generaliter, aut æquè generaliter, diuersimodè, puta vni respectu vsusfructus bonorum, alteri respectu proprietatis eorundem bonorum, dabitur concursus in vsufructu, ex eadem ratione d. l. si alij. † Idem. n. operatur genus, quo ad genus, quod species, quo ad speciẽ, arg. l. si duo. ff. de adm. tut. ita in terminis arguit Ruy. d. cons. 40. nu. 8. vsq. ad nu. 9. vol. 2.

Tertio confirmatur, ex glos. Inter eos d. §. fin. l. Sempronius Attalus, vbi cõcordando

17 iura, ait. † Quod tunc testator dicitur fecisse duo diuersa legata, & quod non datur concursus in vsufructu, quando vni reliquerit nudam proprietatem fundi, & alteri vsumfructum fundi, & eo casu non habebunt locum d. §. fin. & d. l. si proprietas fundi duobus, quia in eis, testator non fecit mentionem de nuda proprietate, sed simpliciter vni pro-

18 prietatem, alteri vsumfructum fundi dedit; ideo in eis datur concursus. † Verbum. n. proprietas additũ fundo, simpliciter, nulla facta mentione de nuda, intelligitur de plena proprietate, secundũ illam glo. iuncto tex. in d. l. si proprietas fundi. ff. de vsufr. accresc.

Cum. n. hoc casu, cum remouetur nomen, Nuda, à verbo proprietatis, fit realis coniunctio, inter vsufructuarium, & proprietarium, non est mirum si faciunt inuicem partes semisses in vsufructu. Sicut è contra cum additur, verbum, Nuda, nulla adest realis

coniunctio, sed sunt duo legata diuersa, diuersarum partium integralium, ideo tunc nullus dabitur concursus.

19 Cum † igitur hic nepos sit institutus simpliciter in proprietate bonorum, censetur institutus in plena, & ita concurret in vsufructu cum dictis mulieribus, habebit enim proprietatem omnium bonorum, partim cũ vsufructu, & partim sine vsufructu, vt ait tex. in l. si tibi decem. §. nam, & si fundus, ff. de vsufr. ear. rer. quæ vs. consum.

Et eo magis hoc est dicendum, cum ex parte relicti facti, sorori, & vxori, nulla adsint verba, significantia, quod testator noluerit proprietarium nepotem, concurrere in vsufructu. Et si enim eas constituerit vsufructuarius, æquis portionibus omniũ bonorum, & etiam alteram in casu mortis alterius, esse vsufructuariam partis alterius, & sic omnium bonorum, tamen non expresit, volo esse pleno iure, vel in toto vsufructu, vel in integro vsufructu, vel in vsufructu sine diminutione, aut in vsufructu cum clausula, omni me-

20 liori modo † Quibus casibus nepos fuisset exclusus ab vsufructu, si esset sine alijs verbis institutus proprietarius omnium bonorũ, vt tradit Brogn. Caualcan. in suo tract. de vsufr. mul. relict. num. 49. fol. 217. & communem attestatur Mich. Cras. in suo tractatu de success. ex testam. & ab intest. in §. legatũ. quęst. 25. nu. 3. vers. contrariam, vbi nu. 4. addit, quod si non adsint supradicta verba, quod vxorem, omniũ bonorum vsufructuariã esse voluit, pleno iure, uel in toto, vel in integro, aut similia verba, ex quibus possit colligi voluntas testatoris, quod intellexit proprietario dare nudam proprietatem, proprietarius omnium bonorum concurret cum vxore. ita d. nu. 4. in fin. vers. quod secus esset, si simpliciter alicui vsufructus omnium bonorum relictus sit; & rationabiliter quidem, quia tunc viget ratio d. l. Si alij, ergo, & dispositio locum habere debet, l. Illud ad leg. Aquil.

Quinimo in casu nostro, cum ex parte nepotis, adsint illa verba, durante, & extincto vsufructu, & adsit clausula, omni meliori modo, quæ significant, testatorem voluisse hunc nepotem, & ipsum esse proprietarium sine aliqua diminutione dictorum bonorũ, etiam si ex parte mulierum, adessent similia verba, de quibus supra nepos concurrere deberet in vsufructu, vt infra dicetur; sed cum ex parte mulierum non adsint similia verba non est, quod insistamus in hoc.

Ex ea. l. Si proprietas fundi, & eo. §. fin. iuncta d. glos. inter eos in prima parte, pariter

21 ad propositum nostrum colligitur: † Quod in hoc concursu nepotis ex una, & mulierum supradictarum ex altera, fient semisses in vsufructu, & non trientes, & ita ad hunc nepotem dimidia pars vsufructus pertinebit, altera ad vsufructuarias, æquis portionibus diui

22 denda, † & in qua inter eas erit ius accrescendi, quia verbis sunt coniunctæ: Nec hic nepos in casu iuris accrescendi habebit partem in dimidia illa vsufructus, quæ respicit vsufructuarias. ait enim in summa d. glos. Inter eas in principio. † Si sunt duo proprietarij, & vnus vsufructuarius, proprietarij in suo semisse vsufructus habebunt inuicem ius accrescendi, & non vsufructuarius, & è contra. si erunt duo vsufructuarij, & vnus proprietarius, duo fructuarij habebunt inuicẽ ius accrescẽdi, proprietario excluso ab eorũ semisse.

Ex suprapósita ratione d. l. si alij, infertur, quod eius dispositio non solum locum habebit in relicto singulari illo, cum vsufructus rei singularis vni, & eiusdem proprietas alteri relinquitur, vt faciant partes semisses in vsufructu.

23 Sed † etiam, idem erit in relicto generali omnium bonorum, vt supra dictum etiã est. Si .n. quis relinquat vsumfructum omnium bonorum suorum vxori, & domum Meuianam,

nam, aut fundũ Sempronianã. Gaio. vxor vsufr. omn. bon. concurret in vsufructu cũ Gaio in suis relictis particularibus Domus, & fundi; ita enim doctores magis cõmuniter sese resoluũt, vt nouissime de magis com. testatur Micha. Cras. in suo tract. de succes. ex testam. & ab intest. in. §. legatum, quæst. 25. num. 1. vers. sed non recedas à Bar. qui ita docet in d. l. Sempronius Attalus ff. de vsufr. leg. & rationabiliter ista magis communis est vera, quia ratio d. l. si alij, militat etiam in hoc casu. Quia Gaius, cui proprietas Domus, aut fundi est relicta, habet relictum consistens, ex nuda proprietate, & vsufructu, d. l. si proprietas fundi, & d. §. fin. l. Sempronius Attalus. vnde est in illis re coniunctus cũ vxore vsufructuaria omn. bon. & ita merito per concursum faciunt partes in vsufructu, in quo coniunguntur, vt per Bar. in d. l. Re coniuncti, d. num. 10.

Quarto proprius accedendo ad casum huius nepotis, idem est concludendum in duo
24 bus relictis vniuersalibus, ex eadem ratione d. l. si alij, vt supra etiam relatum est. † Si enim vni relinquatur proprietas omnium bonorum, & duobus relinquatur eorundem vsusfructus, facient partes semisses in vsufructu, proprietarius, & duo fructuarij, d. l. si proprietas fundi, d. §. fin. ita tradit, de com. attestãdo Brogn. Caualc. in d. suo tract. de vsufr. mul. rel. num. 45. fol. 114. nullam faciendo differentiam inter relictum proprietatis certarum rerum, & proprietatis omnium bonorum, & bene; quia, & hoc casu militat ratio d. l. si alij. Is enim cui proprietas omnium bonorum relinquitur, conse-
25 quitur, & proprietatem, & vsumfructum in singulis. † Dictio enim vniuersalis collectiua omnia, includit, ac si expressa essent singula. l. si chorus in princ. ff. de legat. 3. Simon de Pret. de interpret. vltim. volun. lib. 3. fol. 1. num. 4. Distributiua enim illa collectiua vniuersalis in omnibus bonis collectiuè, & distributiuè disponit de omnibus, vt tradunt nouis. Bonon. in l. hæredes mei. §. cum ita, nu. 28. ff. ad Trebell. in singulis igitur est re coniunctus proprietarius in vsufructu, cum vsufructuarijs omn. bon. & ita per concursum facient partes semisses in vsufructu.

Cum itaq; hic nepos sit proprietarius omnium bonorum, quorum sunt vxor, & soror testatoris vsufructuariæ, ex d. ratione l. si alij, concurret in vsufructu.

26 Et in casu nostro præciso, † quod institutus proprietarius in omnibus bonis, &c. explicitè concurrere debeat cum institutis vsufructuarijs, in eisdem bonis in terminis. Respõdet Rimin. sen. cons. 411. nu. 1. vol. 3. quem refert, & sequitur Reuerendissimus Rotæ Romanæ Auditor, & Iurisconsultorum nostri temporis omnium cõsensu princeps, D. Franciscus Mantica, in tract. de coniect. vltim. volun. lib. 9. cap. 6. nu. 20. qui Rimin.
27 se fundat in supradicta ratione l. si alij, † Quæ ita militat in vniuersalibus, sicut & in particularibus, quod est verissimum. nam cum proprietarius in omnibus institutus, perinde habeatur, ac si essent ei singula bona expresse relicta, ex d. l. si chorus de leg. 3. & in terminis explicat Ruy. cons. 40. nu. 7. uol. 2. sequitur, quod habeat in singulis bonis proprietatem, & usumfructum, & ita sit re coniunctus cum usufructuarijs omnium bonorum, unde faciet concursum pro suo semisse in usufructu d. l. si proprietas fundi, d. §. fin. l. Sempronius Attalus, d. l. si alij, cum sua ratione.

Nec obstat etiam in casu Ruy. de quo dubitat, idem Reuerendissimus D. Mantica
28 d. nu. 20. regula, l. Pediculis. §. labeo. ff. de aur. & arg. legat. † Quod multiplicatio uerborum non necessaria nõ mutat substantiam rei; quia illa regula in terminis suis est uera, & procedit in multiplicatione non necessaria, ut in sinonimis, in enumeratione singularũ specierum; postquam dispositum est de genere uniuerso, tunc. n. multiplicatio, & enumeratio

29 enumeratio non mutat substantiam, vt declarat Bar. in d. §. labeo, † At ubi testatores utuntur pluribus verbis, singula verba sunt attendenda; vnum enim potest exponere aliud, ex quibus simul consideratis, potest fieri diuersa resolutio in casu proposito, l. Titia cum testamento, ff. de leg. 1. l. Titia §. Qui Marco. ff. de ann. leg. l. Nummis de leg. 3. † Quinimo regula est, quod singula verba testatoris sunt apposita cum effectu operandi. Bar. in l. si quando ff. de leg. 1. l. generaliter. §. 1. ff. de vsufr. leg † immo nec syllaba, cẽseatur otiosè apposita in testamento, & sine effectu, glos. in l. 1. ff. quod met. caus. & in c. si Romanorum 19. dist. Alex. cons. 26. vol. 2. Simon de Pret. de interpr. vlt. volun. lib.
30 2. fol. 5. num. 1. & 2. licet † igitur quando testator simpliciter ait, instituo mihi Titium hæredem, vel instituo Gaium proprietarium hæreditatis meæ, & omn. bon. volo vsufructuariam esse vxorem meam, hæres proprietarius, non concurrat in usufructu cum vxore, & habeat locum, tex. §. vsusfructus, in princ. Inst. de vsufr. & tex. in l. vxori meæ ff. de
31 usufr. leg. ut docet idem Reuerendissimus Mant. loco præcitato num. 17. † Quia hæreditas est quid in abstracto sẽparatũ, à plena proprietate, & habet intellectum sine vllo corpore, l. Hæreditas ff. de petit. hęred. † Vnde is qui nulla habet bona, si actiuam habeat
32 testamenti factionem, potest sibi instituere hæredem † cum hæreditas possit esse, etiam si sit damnosa, l. si hæreditatem. ff. mand. l. fin. in princ. C. de iur. delib. l. lex. Cornelia, vbi Alex. & omnes, ff de vulg. & pup. Simon de Pret. de interpret. vlt. volun. lib. 2. fol. 3. nu. 5. Tamen † vbi vlterius testator addit, quod instituit hæredem proprietarium, explicitè in omnib. bonis, rebus, iuribus, & actionibus, & sic in eisdem, in quibus usufructuarias instituit, verba illa, in omnibus bonis operantur, ut plena proprietas spectet ad institutum, ut per Ruy. de quo supra, & per Caual. d. num. 45. ubi ęquiparat relictum singularum rerum, & relictum proprietatis omnium bonorum, & idem firmat Rimin. sen. d.
33 cons. 411. ubi ait, hoc casu militare rationem d. l. si alij; † proprietas. n. bonorum, significat plenam proprietatem, cum utilitate. Bona enim dicta sunt à beando, idest ideo, quia prosunt, ait tex. in l. Bonorum appellatio la prima, ff. de uerb. signif. Vnde cui relicta sunt bona, debentur singularum rerum partes cum proprietate plena, iuxta l. Non amplius, §. fin. ff. de leg. 1. vbi Bart. & cui relinquitur bonorum pars, debentur fructus à die moræ, l. si quis bonorum, ff. de leg. 1. & in ipso relicto omnium bonorum, ueniunt rustica, urbana, supellectilia, & omnia, ait tex in l. Vxori meæ. ff. de usufr. legat. ex quibus liquet, quod illa explicatio, instituo hæredem proprietarium in omnibus bonis, &c. plus importat, quàm institutio facta simpliciter, instituo mihi hæredẽ Titium, & ita patet, quod in casu proposito non procedit regula d. §. labeo.

34 Nec obstat, quod illa uerba, in omnibus bonis, &c. sint uerba notarij. † Nam uera est resolutio, quod eiusmodi uerba sunt testatoris, non notarij, ut ait Raph. Cum. in l. in repetendis, ad finem ff. de leg. 3. Bal. in l. errore. C. de test. Bar. in l. liberorum. ff. de uerbor. signif. Dec. cons. 653. nu. 6. & subdit hoc esse indubitatum. Simon de Pret. d. tract. interpret. ultim. uolun. lib. 3. fol. 1. nu. 2. in fin. ubi in specie loquitur de ipsa institutione explicita. In omnibus bonis, &c. † Adde Decian. cons. 51. num. 18. uol. 1. ubi ait, reprehẽdi eos, qui dicunt contrarium, & idem repetit, cons. 122. nu. 17. uol. 3.

Nec obstat communis opinio, à qua non putat esse recedendum Reuerendissimus D. Mant. ibidem, & de qua ibidem scripserat num. 17. quia illa procedit in simplici institutione hęredis, de qua supra, & ex rationibus, de quibus ipse Reuerendissimus Mant. d. num. 17. per totum. At uerò ubi explicite institutio est in omnibus bonis, rebus, iuri-

bus, & actionibus, vt in casu nostro, tunc aliud est dicendum, ex ratione d.l. si alij, vt tradunt Rimin. Cavalc. Ruy. de quibus supra, non repeto. Cui rationi l. si alij, non respondetur, cum tamen citati doctores faciant, & bene, firmissimum in ea fundamentum.

35 Quinto principaliter facit pro hoc nepote, † quod institutus hæres proprietarius pleno iure in omnibus bonis, sine dubio concurrit cum vsufructuario omnium bonorum, ex sępius repetita ratione d.l. si alij, quia eo casu institutio dicitur esse facta in proprietate, & vsufructu simul, Bal. per illum tex. in l. Mater, quę defuncto C. ad Tertull. Dec.
36 cons. 468. num. 10. & 11. vbi ait, † Quod pleno iure, importat sine diminutione, ex mente Bal. quem allegat ibi, & quem refert, & sequitur idem Reuerendissimus Mant. d. lib. 9. cap. 6. nu. 19. in fin. cui addo Alex. in terminis, cons. 56. nu. 2. vol. 3. vbi ex facto respődet, quod filia instituta pleno iure hæres, concurrit in dimidia usufructus omnium bonorum, cum matre, quę fuit relicta vsufructuaria omnium bonorum, in illo casu in quo ex mente testatoris, relictum matris non potest intelligi de alimentis, per rationem d. l. si alij.

Sed in casu nostro, hic nepos institutus est in omnibus bonis, cum clausula, omni me
37 liori modo, iure, via, & vt in serie testamenti de qua supra. † Quæ clausula pariter importat pleno iure, & sine diminutione, vt late confirmat Ruy. cons. 47. nu. 20. uol. 2. & opti
38 me comprobatur ex eo. Quia, † & si institutus hæres simpliciter in casu, de quo supra dictum est, quod non habet locum concursus in usufructu, ut per Reuerendissimű Mant. d. num. 17. potest deducere falcidiam. Secundum glos. in l. 1. §. si usus fructus ff. ad leg. falc. ad quod late congerit Caualc. d. tract. de usufr. mul. rel. num. 221. fol. 431. & firmat idem Mant. d. nu. 17. allegando l. omnium ff. de usufr. & l. Vxori meæ, ff. de usufr. leg. † Tamen si testator relinqueret usumfructum omnium bonorum, cum d. clausula, omni mel. mod. &c. intelligetur pleno iure, & sine aliqua diminutione, & hæres prædictus, falcidiam, & trebellianicam deducere non posset. ita Ruy. d. cons. 47. num. 20. vol. 2. quem refert, & sequitur Caualc. eod. tract. num. 227. fol. 435. & nu. 75. fol. 240.
39 Idem igitur est † Dicendum in casu nostro, vt hic nepos vigore dictæ clausulæ, omni mel. mod. institutus dicatur, pleno iure, & sine diminutione, & sic, quod sit re coniunctus cum vsufructuarijs, & sic concursum faciat pro semisse in vsufructu.

Sexto tandem addendum pro hoc nepote, & consideranda est, illa vniformitas temporis, explicata, illis verbis; vsufructu prædicto durante, & eo extincto, in omnib. bonis.
40 &c. proprietarium instituit, &c. Quę † necessario arguunt, testatorem voluisse, omni tempore nepotem esse pleno iure, hæredem proprietarium & durante, & extincto vsufructu, sororis, & vxoris; Sicut enim non possumus negare, quod extincto vsufructu, intellexerit pleno iure hæredem esse, ita etiam fateri est necesse, quod idem intellexerit facere, durante vsufructu; verbum enim instituit proprietarium, respicit vtrumq; tempus, & vtrumq; tempus æqualiter determinat, quia una determinatio respiciens plura, ea
41 æqualiter determinat, & plura † copulata, eodē modo, & vniformi iure debēt determinari, l. iam hoc iure, l. Lutius. ff. de vulg. & pupil. l. eű qui ædes ff. de vsucap. Bar. in l. quăuis, C. de imp. & alijs subst. Sim. de Pret. lib. 2. fol. 3. nu. 106. d. suo tract. de interpr. vlt. vol.
42 Copula † enim illa, &, posita inter duo illa tempora, durantis, & extincti vsusfructus prędicti, tribuit eandem qualitatem ipsis copulatis temporibus. Idem Sim. lib. 2. fol. 1. nu. 150. & † Operatur, vt ipsa tempora copulata, habeantur, vt vnum vniforme tempus, & loco vnius, iuxta natură ipsius copulæ (&) l. si hæredi plures, ff. de cond.

Institut. Idem Sim. lib. 2. fol. 3. nu. 99. Quapropter concluditur, quòd testator intellexerit, quod & durante, & extincto vsufructu ipsarum mulierum, nepos sit hæres proprietarius pleno iure, & sic per concursum faciat partem in vsufructu.

43 Non enim est dicendum, quod voluerit, quod etiam extincto, sicut & durante vsu-
44 fructu prædicto, nepos sit nudus proprietarius; Quia † eiusmodi interpretatio esset, quod testator voluerit, institutionem nepotis esse inutilem, vel frustatoriam, quod nun-
45 quàm est dicendum. Crauet. cons. 161. num. 3. vol. 1. † Lex. enim habet pro absurdo, proprietates esse perpetuo inutiles, & sic post mortem vsufructuarij. §. vsusfructus in fin.
46 Inst. de vsufr. ibi, ne tamen inutiles, &c. † Immo cum agitur inter hæredes, & vsufructuarias, etiam si usufructuaria sit vxor potius vxoris relictum, est inutile iudicandum, quàm quod voluerit testator, hęredem grauare. Crauet. cons. 82. num. 3. & cons. 149. nu. 15. vol. 1. & rationabiliter, quia ait Caualc. in princ. d. sui tract. de vsufr. mul. rel. nu. 1. vers.
» quod quidem legatum. Quod mariti, lachrimis, fraudibus, blandimentis, & similibus
» molestijs, & importunitatibus vxorum adducuntur, in graue damnum filiorum, nepo-
» tum, domus, ac cippi testatoris, & contra ordinatam charitatem, ad huiusmodi relictū
» vsusfructus omnium bonorum, vxoribus constituendum; nimirum igitur si in casu pręsenti, non est sumenda interpretatio, quod testator, in damnum nepotis intellexerit, quod nepos esset nudus proprietarius, & tempore durantis, & tempore extincti vsusfructus. Sed potius, quod voluerit instituere pleno iure, omni tempore nepotem. † Nec cen-
47 sendum testatorem voluisse magis honorare vxorem, quàm nepotem hæredem, Affl.
48 dec. 44 num. 20. † Quinimo regula est generalis, quod testator dicitur magis diligere
49 hæredem, quam vsufructuarium. Brogn. Caual. eod. tract. nu. 77. fol. 244. † Et rursus alia est regula magis generalis, quòd testatot censetur minus grauare hæredem, quàm sit possibile. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. 2. Caualc. vbi supra nu. 107. fol. 289. Quapropter concludendum est, testatorem voluisse nepotem hunc instituere in plena proprietare, vt concurrat in vsufructu, cum supradictis mulieribus.

Nec obstat si opponatur, quod institutus in hæreditate non concurrit, vt supra dictū est, per Reuerendissimum Mant. in citato, num. 17.

50 Et institutus † In omnibus bonis, dicitur institutus in hæreditate, vt per Bar. in l. si quis seruum. §. fin. de leg. 2. num. 2. qui allegat tex. in l. cogi, ff. ad trebell. & in l. quoties. §. fin. ff. de vsufr. ergo, &c. Quia respondetur.

Relictum omnium bonorum, est sui natura relictum generale, non vniuersale, sicut & relictum partis bonorum, Bart. in l. si ita ff. de aur. & argen. legat. & in l. 1. § fin. ff. de verb. oblig. quapropter in vsufructu in tali relicto potest dari concursus, vti in relicto generali, sapit autem per accidens relictum vniuersale ad effectum, vt transeanr onera, quia æquum non est, vt is cui omnia bona sunt relicta, gaudeat tantum commodis hæreditatis, & omnia incommoda sequantur hæredem, ita in terminis respondet Ruy. d. cons. 40. nu. 9. & 11. vol. 2. vbi allegat Alex. in terminis, in cons. 56. vol. 3. vbi vult, institutum in omnibus bonis debere concurrere in vsufructu, cum instituto in usufructu bonorum, ex ratione d. l. si alij, & supra etiam, nos Alex. citauimus.

51 Et † licet Alex. loquatur in hærede instituto pleno iure, tamen eius dictum, procedit etiam si non sit dictum pleno iure, modo sit institutus explicitè in omnibus bonis;
52 Quia † talis institutio perinde habetur, ac si esset facta mentio specialis, de singulis, l. si chorus in princ. ff. de leg. 3. ita in terminis declarat Ruy. ibid. nu. 12.

Nec

Nec obstat, quòd tradit Cavalc. num. 63. fol. 229. allegando Paris. cons. 94. num. 28. vol. 2. & alibi, qui ait, quod dispositio l. si alij, non habet locum in hærede. Quia Alex. Rimin. & Ruy. supra citati, tenent contrarium, ex ratione ipsius l. si alij; de qua
53 supra diximus † Et opin. Alexan. testatur communem Michael Cras. in tractat. de success. ex testam. & ab intest. in §. legatum, quæst. 24. num. 11. qui alios citat, & impugnat Paris. vt ibi. Licet sequatur communem opin. in casu quo, extraneus est institutus hęres simpliciter, vt ibid. nu. 12. & diximus supra nu. 31. & seq. ex Reuerendissimo Mant. nu. 17. loco ibi citato. Adde Ruy. cons. 35. in fin. vol. 2. vers. & si assignatur ratio per Bar. d. l. si alij, vbi in terminis ait.

Quod quando aliqui instituuntur in omnibus bonis, & vxori relinquitur vsusfructus omniũ bonorũ, instituti concurrunt cũ vxore ex d. ratione d. l. si alij, cui rationi nullus respondet eorũ, qui dicunt l. si alij, non habere locũ in hærede, vbi etiam ad id allegat Castrens. cons. 389. vt per eũ. Adde Cautel. 32. Thom. Ferrat. post Caut. Veron. vbi in
54 terminis: † Dispositionem l. si alij voluit habere locum inter hæredem, & legatarium vsusfructus certæ rei, ex ratione ipsius legis. Non obstat tex. in §. 1. Inst. de vsufr. quia procedit, quando quis est simpliciter institutus hæres, vt ait Franc. Breccius cons. 98. nu. 12. vbi ad hoc alios allegat. Quod non est in casu nostro, vt supra fuit dictum.

LAVS DEO.

Ita iuris esse sentio in dubio proposito. Ego Io. Matthæus Canalis I. V. D. & publicus pomeridianus professor in ciuilibus, in hoc almo nostro Gymnasio Bon.

PRO EODEM NEPOTE.

HIERONYMI HERCVLANI, VIRI EXCELLENTISSIMI confirmatio, & subscriptio, cuius solertia, legum scientia, rectaq; iustitia, ex multis perfunctis ab eo per totam penè Italiam, magna cum laude publicis muneribus, & officijs, iamdiu ab omnibus est perspecta.

SVMMARIVM.

1 *Hæres institutus pleno iure, concurrit in vsufructu, cum vsufructuario omnium bonorum.*

2 *Hæres institutus in omnibus bonis, rebus, iuribus, et actionibus, concurrit in vsufructu cum vsufructuario omnium bonorum.*

3 *Hæres institutus, omni meliori modo, via, iure, causa, & forma, quibus magis, & melius, validius, & efficacius fieri potuit, concurrit in vsufructu cum vsufructuario omnium bonorum.*

4 *Clausula, omni meliori modo, operari solet, dispositionem sortiri debere plenum effectũ, sicut clausula, pleno iure.*

5 *Clausulæ, omni meliori modo, adiectũ verbis, via, causa, & forma, & iure, dicendum, à testatore esse concessam omnem plenitudinem, quæ sub verborum prædictorũ virtute concipi potest, & sic institutionem ex ipsis verbis, pleno iure factam esse.*

6 *Clausula, supradictis cumulatis verbis, magis exuberantẽ testatoris voluntatem ostẽdit,*

quã si dictũ fuißet dumtaxat plenò iure.

7 *Clausula prædicta, cum verbis cumulatis præ dictis, continet casus speciales, qui alias, nõ continerentur.*

8 *Cumulatio verbor. à testatore prolatorũ non debet censeri frustra facta.*

9 *Eadem est ratio in institutione facta pleno iure, & in institutione facta in omnibus bonis & in institutione facta omni meliori modo, vt institutus concurrat cum vsufructuario omnium bonorum.*

10 *Diuersitas casuum, non diuersificat ius, si nulla ratio diuersitatis reddatur.*

11 *Ratio dicitur lex communis ad omnes casus.*



PONDERATIS his omnibus, quæ in superiori Themate narrantur, & viso, quàm copiosè eleganter, & subtiliter allegatum responsum, & rectè consultũ fuerit, per Eccellentissimũ D. Io. Matthæum Canalium, mihi vti fratrem honorandum, nulli videretur esse oportunæ additioni, sed dumtaxat subscriptioni locus; Attamen ne inconsulto, rem ipsam aggredi videar, pauca quędam, etiam ad confirmationem præmissorum addere volui.

1 Illud ergo certum videtur, † Quòd si testator vni relinquat vsumfructum omnium bonorum, & alterum instituat hæredem pleno iure, eo casu hæres concurret, cum vsufructuario. Hæc fuit dicisio Alex. cons. 56. in vers. vnde cum in testamento, vol. 3. & eam sequutus fuit Picus in l. Titia. §. Titia, sub nu. 8 2 ff. de legat. 2. subdens. ibidem, id esse notandum, pro extensione l. si alij. ff. de vsufr. legat. tradit Dilect. in tract. de Art. testan. in tit. de hæredib. inst. caut. 4. incipit, Si Testator.

2 Immo idem diceretur, si non fuisset dictum, pleno iure, † modo fuerit facta institutio in omnibus bonis, rebus, iurib. & actionib. secundum Ruy. in cons. 40. nu. 12. vol. 2.

3 Quanto magis, præmissæ quoq; conclusioni, debet esse locus, † Vbi institutio reperiatur facta, cum clausula illa prægnãti. s. omni meliori modo, uia, iure, causa, & forma, quib. magis, & melius, validius, & efficacius fieri potuit, & potest, prout legitur in testamento, de quo nunc tractatur?

4 Si enim sola † Illa, & simplex clausula (omni meliori modo) operari solet, dispositionem sortiri debere plenum effectum, sicut clausula, pleno iure, secundum Ruy. cons. 47. in fin. vol. 2. quia sic testator velit dispositionẽ suam, omni meliori modo valere.

Censeri quoq; debet in proposito casu, ob clausulam illam non simplicem, sed tot verbis vniuersalibus corroboratam, velle bona sua, non inutiliter ad honoratum perueni re, ne detractio totius vsusfructus in fauorem mulierum, impedire possit voluntatem suam, sic plenum sortiri effectum, iuxta l. Patrem. ff. de his, quæ in fraud. cred. l. fin. Cod. ad l. falc. tradit Ruy. in simili, in d. cons. 47. in fin. & in cons. 146. num. 16. in 3.

Cumprobatur quoq; propositio hæc, ex verbis immediate post ipsam clausulam, omni mel. mod. adiectis, videlicet, via, iure, causa, & forma, &c. Omnis etenim † Plenitudo,
5 quæ sub verborum prędictorum virtute, seu significatione contineri, & concipi potest, censeri quoq; debet ab ipso testatore concessa, l. Gallus. §. 1. ff. de liber. & post. Et per cõsequens † Institutio prædicta facta, cum illa clausula, pleno iure expressa, iuxta doctrinã Bart. in l. si fideius. §. meminisse de legat. 1. in l. vxorem. §. Agriplagã post medium de leg. 3. facit, quod notat Ripa in l. 1. nu. 53. ff. de uulg. Soc. iun. in cõs. 134. nu. 31. vol. 3.

6 Tot namq; † Verborum accumulationes, magis exuberantem, exploratam, ac enixam testatoris uoluntatem ostendunt, quàm si dictum fuisset dumtaxat pleno iure, pro-
7 ut ad unguem scripsit Dec. in cons. 113. num. 4. In tantum, † Quod operari debent,

conti-

continentiam casuum, etiam specialium, qui alias non contineretur. Alioquin verba il
8 la sic accumulata, frustra forent apposita, & nihil operarentur, contra † l. si quando de leg. 1. cap. si Papa, de priuileg. in 6. cum vulgar. ita Paris. cons. 6. nu. 12. cons. 54 nu. 67 vol. 1. & in cons. 71. num. 19. lib. 3.

9 Et profectò nescio, † Videre rationem diuersitatis, cur magis concurrere debeat hæres cum legatario vsusfructus, si instituatur simpliciter in omnibus bonis, vel etiam cũ clausula, pleno iure, vel quando instituatur cũ clausula prædicta, omni meliori mod. &c.
10 Aliter diceremus diuersificari casus, nullã reddendo rationem diuersitatis, † Id quod fieri non debet, glos. in l. sed & si lege. §. Item si rem destraxerit. ff. de petit. hæred. Dec. in
11 cons. 35. col. 7. Non † Enim considerari debet diuersitas casuum, seu verborum, sed ipsa ratio, quę dicitur lex cõmunis ad omnes casus, cap. consuetudo, distint. 1. Calde. cõs. 1. tit. de regular. Itaq; cum ratio diuersa non sit, vtriusq; casus, sed eadem idemq; ius statui debet, vt supra dixi.

Et hæc breuiter sufficiant, cum Excellẽtissimus D. Cõsultor, omnia egregiè latius substulerit, ad cuius subtiliter dicta, in reliquis me refero.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ semper Virgini.

Ita vt supra scriptum est, iuris esse dico. Ego Hieronymus Herculanus I.V.D. & in fidem præmissorum, manu propria me subscripsi saluo, &c.

PRO EODEM NEPOTE.

HIERONYMI BVCCAFERREI IN BONON. GYMNASIO,

& numerosissima auditorum frequentia celeberrimi I. V. professoris, ad matutinas ordinarias lectiones designati. & qui de difficillima, Re coniunctorum materia publicè disputauit. Votum doctissimum.

SVMMARIVM.

1 Realis coniunctio operatur, vt flent simul, quod vnus omnium bonorum sit vsufructuarius, & adhuc hæres in eodem vsufructu cõcurrat.

2 Re coniuncti ab initio, singuli, rem eandem in solidum petunt, & ad eandem in solidũ censentur vocati, sed per concursum faciunt partes.

3 Testator, nec quod incontinenti se ipsum correxerit, aut quod sibi ipsi cõtrariauerit, existimandus est.

4 Hæres institutus proprietarius durante, & extincto vsufructu prius alteri dato, non est censendus nudus proprietarius, durante vsufructu, sicut nec finito.

5 Quod maxime procedit, addita institutioni clausula, omni meliori modo.

6 Extincto vsufructu, statim sine vllo tractu tẽporis, hæres plenam habet proprietatem.

7 Ablatiui absoluti, aut resoluuntur in dictionem, si, & sic in conditionem, aut in donec, seu postquam.

8 Conditio saltim, momento temporis verificari debet, vt purificetur.

9 Ablatiui absoluti, resoluti in donec, vel postquam, verificantur per tractum temporis, nec sufficit momentum.

10 Extincto vsufructu, nec momento temporis, nec aliquo tempore progessiuo, hæres est nudus proprietarius.

11 *Nepos, de quo agitur, ex testatoris voluntate, est semper pleno iure hæres, sed vita durante mulierum, per concursum facit partes semisses in fructibus, cum mulieribus vsufructuarijs, illisq; defunctis in eadem plenitudine perdurat sine aliqua vlteriore diminutione.*

12 *Clausula in fine posita regulariter, refertur ad omnia præcedentia.*

13 *Clausula, quæ refertur ad vulgarem substitutum, etiam referri debet ad primo loco institutum, à maioritate rationis.*

14 *Vna dicitur enunciatiò, quæ sub vno verbo continetur.*

15 *Proprietas rei, & eiusdem rei vsusfructus formalis, non se habent, vt genus, & species, nec in eis verificatur regula, generi per speciem derogatur, sed inuicem se habent, vt alterum non possit præstari sine diminutione alterius.*



ENTENTIA, cui nunc vti de iure verisimę subscribo, nulla rationum, vel legum confimatione eget, vtpote, quæ subtilitei, & copiose confirmata fuerit, à pręstantiss. I. C. D. Io. Matthæo Canalio. Insistā ego tanrū in tollēdis quibusdam, quæ prima (vt aiunt) facie, ei negotium aliquod facere posse videntur. Quorum illud primum esse potest. Quod cum testator velit, mortua vna ex mulieribus quas in vsufructu instituit, superstiti partem deficientem accrescere, & ipsam effici omnium bonorum vsufructuariam, inde sequi videtur noluisse hęredem proprietarium in vsufructu, cum mulieribus concurrere, aliàs superstes, non haberet vsumfructum omnium bonorum.

1 Cui dubitationi facile responderi potest. Quòd † Licęt hæres proprietarius, cum mulieribus ad vsumfructum concurrat, non ideo minus dicentur, mulieres omniū bonorū vsufructuariæ, erit enim hoc casu proprietarius, respectu vsusfructus, qui in ipsa proprietate relicta continetur re coniunctus cum mulieribus, Bar. in l. Re coniuncti, num. 10.
2 de leg. 3. Quando † Autem duo sunt re coniuncti, intelliguntur à testatore ab initio in solidum ad eandem rem uocati, ita, ut solidum petant, licet postea per concursum faciant partes, l. Vnica. §. si vero non omnes, Cod. de cad. toll. Besut. d. l. Re cōiuncti, nu. 10. & ita hoc modo, attenta testatoris vocatione, mulier superstes dicetur vsufructuaria omnium bonorum, & etiam, qui concurrit cum ea nepos, erit hæres proprietarius pariter omnium bonorum. Responderi, & secundo modo potest, mulierem superstitem effici vsufructuariam omnium bonorū. s. illorum, quorum ipsa vsufructuaria erat per prius æqualiter cum altera instituta, & ita in parte; inde tamen nō excluditur nepos, quo minus, eorundem omnium, sit proprietarius pleno ięre, per coniunctionem realē, vt supra, & ita per concursum postea, non inclusis illis bonis, in mulieris vsufructu, quorum vsumfructum causalem proprietarius habet. Aliàs si non ita intelligeremus testa-
3 tor, aut sibi ipsi esset contrarius, aut incontinenti, seipsum correxisset. † Quod non est dicendum l. Nam ad ea. ff. de cond. & demonstr. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.
4 Contrarietas autem ex eo deduceretur. Quia † dum testator hæredem proprietarium vniformiter instituit, durante, & extincto vsufructu, satis ostēdit nolle eum facere nudū proprietariū, durante mulierū vsufructu, sicut eum non facit nudum proprietariū, vsu-
5 fructu extincto, per regulā, l. Iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. † Quod magis enixè ostēdit clausula, omni melir. mod. &c. in fine institutionis apposita, vt omnia hæc conside-
6 rata egregiè fuere ab Excellentiss. Consultore. Et tanto magis hoc procedit, quia † Extincto vsufructu statim, & incontinenti, sine aliquo momento, sine vllo tractu tempo-

ris,

ris, per mortem mulieris nouissimam, cessat fieri aliquam diminutionem vsusfructus ipsi hæredi, vnde dici non potest, quod extincto vsufructu, per aliquod temporis spatium,
7 hæres sit nudus proprietarius. Quod probatur ex eo. † Quia ille ablatiuus absolutus (extincto) aut debet resolui in conditionem, & sic in dictionem, si, quo casu, conditio saltim momento, verificari debeat. Aut resoluitur, durante, idest, donec durauerit, & ex-
8 tincto, idest, postquam fuerit extinctus, † Quo casu, exigitur, tractus, & duratio temporis, & non sufficit momentum temporis, Corn. cons. 304. num. 15. Sim. de Præt. de interpr. vlt. vol. lib. 3. fol. 2. num. 15.

Sed in præsenti casu non resoluitur in conditionem, vt patet, & si resolueretur, momento temporis saltim verificari deberet, quod finito vsufructu nepos esset nudus proprietarius, quod falsum est. Et resoluitur, vt supra in donec durauerit, & postquam fuerit extinctus vsusfructus; Vnde si diceremus hunc nepotem durãte vsufructu esse nudũ, & extincto vsufructu, pariter, per aliquod temporis spatium durabile, esse nudum proprietariũ, vt significat absolutè illud verbũ, extincto, daretur intelligi, quod finito vsufr. aliquo tẽpore progressiuo, nepos esset nudus proprietarius, & quod illo interea, fructus pertinerent ad hæredẽ nouissimę defunctæ mulieris, non autẽ ad ipsum nepotem.

10 Quod cum veritati. † Non sit consonum, sequitur necessariò fatendum esse, ex testa-
11 toris voluntate, † Nepotem hunc esse institutum omni tempore, pleno iure, sed per concursum facere partes in vsufr. cum mulieribus vita ipsarum durante, illisq; defunctis perdurare in eadem plenitudine, sine aliqua vlteriore diminutione.

Minusq; obstaret, si ad ponderationem clausulæ, omni meliori modo, diceretur illã habere relationem tantum, ad substitutos hæredi proprietario, de quibus proximè ha-
12 bita est mento. Quia † pro regula traditum est, relationem fieri debere ad omnia præcedentia, Bar. in l. Talis scriptura. §. vlt. ff. de leg. 1. in l. 1. vbi Bal. & Salic. Cod. de lib. præt. Fely. in cap. Causamq; in materia clausulæ ralatiuæ, limit. 2. vers. facit, quod notat Dominicus de Rescrip. Corn. cons. 62. num. 5. vol. 2. Boer. decis. 146. num. 2. & pręs-
13 sertim procedit in casu nostro, in quo † Ratio, quæ suadet, vt ralatio fiat ad substitutos vulgares, eadẽ, immo, & maior viget in nepote instituto, ad tradita per Cast. cons. 455. nu. 1. vol. 2. & sub eadẽ clausula, & enũciatione vocatus, est institutus nepos, & post eum
14 filij † Identitas autẽ clausulæ apparet in eodẽ verbo instituit, quo instituitus, & substituti vocantur, Ias. cons. 134. vers. nam aduertendum vol. 1. Bursat. cons. 104. nu. 7. lib. 1.

Nec huic veritati obstat, quod hic nepos est hęres generaliter in omnibus bonis institutus, mulieres vero fuerunt specialiter in vsufructu institutę, ideo succedere videtur regula, generi per speciem, de reg. iur. in 6.

15 Nã istud tolli facile potest, ex Rol. à Val. cons. 8. nu. 37. vol. 2. dicente, † Proprietatẽ, & vsumfr. non se habere inuicem vt genus, & species, sed vt vnũ non possit integrè præstari sine diminutione alterius. Satis igitur existimo ex his apparere, quàm veritati consentanea sit sententia supra firmata. Cui subscribo.

Ita iuris esse existimo. Ego Hieronymus Buccaferreus I.V.D. Bonon. & in patrio Gymnasio publicus, & ordinarius Iuris Cæsarei de mane professor. In quorum fidem hic me subscripsi, & Sigillum apposui.

Hieronymus Buccaferreus.

PRO

PRO EODEM NEPOTE.

VINCENTII BANCII, SVMMI, ET PERSPICACIS INGENII legum Doctoris, & pomeridiani ordinarij Iuris ciuilis Bonon. professoris corroboratio.

SVMMARIVM.

1 *Pluralitas, resoluitur in suas singularitates, vbi in pluralitate, & quolibet illius singulari casu, eadem viget ratio.*

2 *In institutione facta in generalitate bonorum, eadem est ratio, quæ in qualibet re particulari, sub ipsa generalitate comprehensa.*

3 *Dispositio l. si alij, procul dubio habet locum in instituto, in domo, prædio, & alia re singulari, in quibus, & vsusfructus est alij datus.*

4 *Proprietatis appellatione comprehēditur dominium plenum, constans ex vsufructu, & proprietate.*

5 *Verbum nullum superfluum, in lege appositū censetur.*

6 *Nepos de quo agitur, non in nuda proprietate, sed in plena institutus censeri debet, cum testator instituerit, in proprietate, melius, validius, & efficacius, quàm fieri posfit.*

7 *Clausula, omni meliori modo, quid importet.*



XCELLENTISSIMVS Collega, & dominus meus, adeo subtiliter, & doctè p Nepote instituto scripsit, vt nullus quicquam addendi remanserit locus. Vt tamen, & ipse aliquid pro præsentis casus discussione impendisse videar, ex duobus, vel tribus, & breuibus hūc nepotē coadiuuari posse existimauerim.

1 Et primo, quia † quælibet pluralitas resoluitur in suas singularitates, vbi in pluralitate, & quolibet illius singulari casu æqualis viget ratio. Bal. in l. cum quidam Cod. de leg doct. omnes, & præsertim, nouis Regi. & ibi hoc anno publicè docuimus, in l. hæredes
2 mei, §. cum ita, ff. ad trebell. At qui † In institutione generali facta de hoc nepote, & in vnaquaque particulari huius institutionis re (vt per consultorem, in Resp. num. 16.) adest eadem ratio, ergo illa institutio resoluitur in relicta particularia illarum rerum, &
3 sic perinde est, ac si specifice, reliquisset domum, prædium, & pecuniā, † Quo casu dubio procul locum habet dispositio l. si alij, ergo, &c.
4 Secundo, iste nepos institutus fuit in proprietate; sed † Appellatione proprietatis, comprehenditur dominium plenum ex vsufructu, & proprietate cōstans, Clem. exiui. §. Rerum, de verb. sig. cap. cum ad Monasterium, vbi Abb. in princ. destat. Monac. l. 1. §. huius autem interdicti. ff. vti posid. senrit Ias. in. §. omnium nu. 63. Inst. de Actionib. necessario probat † §. 1. inst. de vsufr. ibi nudam proprietatem, aliàs verbum, nuda, es-
5 set superfluum, contra †. §. quibus prima Const. Cod. ergo, &c. Strictius concludit argumentum. Quia licet admittamus, quandoq; proprietatis, verbum, posse importare
6 nudam proprietatem, tamen † in isto casu debet importari dominium plenum, quia testator instituit in proprietate, melius, validius; & efficacius, quàm fieri posit. Sed efficacius est relictum proprietatis plenæ cum vsufructu ergo.
7 Tertio, & vltimo, quia in institutione ista adiecta fuit clausula, omni † mel. mod. &c. quæ operatur, vt dispositio comprehendat omnes modos, casus, quibus magis efficacibus, &

bus, & validius, & melioribus, potest sortiri effectum, nullum modum, viam, causam, vel formam excludendo, qui fuerint in potestate disponentis, argumento. l. Iulianus, de leg. 3. Crauet. cons. 141. & 326. num. 15. Simon de Præt. de interpret. vlt. volun. lib. 2. sol. 4. num. 33. & 34. Quinimmo, post ipsam clausulam, hoc expresius dixit testator, vt ex verbis patet.

Vnde semper credendum est, hunc testatorem reliquisse proprietatem cum vsufructu. Et ex his, multisq; alijs copiosissime, per Excell. D. Consultorem deductis, in eandem concurro sententiam.

Vincentius Bantius publicus interpres de sero.

PRO EODEM NEPOTE.

Accesserunt subscriptiones, & auctoritates, famosissimorum Iurisconsultorum Ferrariensem, quæ sequuntur.

SVMMARIVM.

1 *Io. Paulus Portius clarissimus Iuris Pontificij interpres.*

2 *Alpheus Prampolinus Iurisconsultus celeberrimus.*

3 *Matthæus Marius Valengus I. V. D. sapientissimus.*

4 *Proprietas, & vsusfructus non se habent, vt genus, & species, sed sunt duo genera iurium diuersorum, vnde & datur cõcursus, ex l. si alij, inter habentes in eadem re hac iura diuersa, ex communi opinione relata hic ex Decio.*

5 *Institutus pleno iure, dicitur institutus etiam in fructibus bonorum, & concursum habet cum vsufructuario eorundem.*

6 *Institutus hæres plenariè, concurrit cum vsufructuario omnium bonorum.*

7 *Clausula, omni meliori modo, testamento apposita operatur, vt testamentum subsistineatur, tanquàm hæres sit pure institutus.*

8 *Clausula, prout melius, & validius fieri potest, comprehendit actum à testatore in specie nõ cogitatum, modo in genere cogitari potuerit.*

1 VIso eleganti cons. clariss. & celeberrimi I. C. D. Io. Matthæi Canalij Bonon. Ego Io. Paulus Portius I. C. Ferrarien. ac in Patriæ Gymnasio Pontificij Iuris interpres, de sola subscriptione requisitus, libenti animo in eius sẽtẽtiam descendo. In quorum fidem, hic me subscripsi, signumq; meum apposui.

2 IN eandem sententiam, quam video, iuribus, & rationibus communitam, transeo. Ego Alpheus Prampolinus I. C. Ferrarien. in quorum fidem subscripsi, & sigillo muniri iussi.

3 SApienter, & præclarè adeò scriptum est, per clarissimum I. V. D. D. Io. Matthæum Canalium Bonon. vt rei demonstratæ frustra alia adijciatur demonstratio, iuxta not. in l. 1. in fin. ff. de dot. præleg. Propterea ego Matthæus Marius Valengus I. C. Ferrarien.

vt supra conclusum est. Et per Excellentiss. Doctores approbatum, ac subscriptum, sic iuris esse arbitror; Motus præsertim ex illa communi opinione Bart. in l. si alij. ff. de vsu, & vsufr. leg. quam communem, & ab ea non esse recedendum affirmat, & sequitur Dec.
4 † in cons. 590. num. 6. & 7. vbi latißimè distinguendo, & conciliando opiniones eandem, de qua supra amplectitur sententiam, rationibus, & legib. vt per eum. Et quia requisitus fui tantum de simplici subscriptione. Visis igitur, & diligenter consideratis in supradicto cons. Visisq; subscriptionibus Clarißimorum, & Excellentißimorum Doctorum; Dico, & consulo iuris esse, prout ipsi concluserunt, saluo semper saniori consilio. In quorum fidem, manu propria subscripsi, & solito maiori meo sigillo muniri feci; Laus Deo Opt. Max. & Beatæ Virgini.

Ex ijs, quæ ab Excellentiss. I. C. D. Matthæo Canalio (cuius laudes recensere meum hodie non est, præclarè admodum, & (vt eius ingenij fuit) elegantißimè, doctißimeq; allata fuerunt, quid proculdubio ab omnibus sit respondendum adeo patet, vt si quis præterea operam suam impendere velit, noctuas (vt aiunt) Athenas ferre videatur, solisq; radios facibus illustrare. Attamen (quæ in eum mea est obseruantia) pauca admodum in eandem rem mihi dixisse licebit.

Nepotem itaque prædictum, & ego post prædictum Excellentiss. Iur. Cons. pro semisse vsusfructus, cum vxore, & sorore dicti testatoris concurrere asseruerim.

5 Quia quando † testator suorum bonorum vsufructuarium facit, & postmodum hæredem alium instituit, in omnibus suis bonis, pleno iure, videtur tunc testator ipse, instituisse hæredem etiam quo ad vsumfructum, vt per Duran. post alios, quos ipse recenset in tract. de testam. tit. de hæred. instit. caut. 4. nu. 1. arg. l. fœminæ. §. illud. C. de secun. nup. cum alijs iuribus, per eandem Duran. ibidem adductis.

6 Prout, & idem respondendum † si plenariè quis (vt in casu nostro) esset hæres institutus, asseruit Mant. post alios in tract. de coniect. vltim. volun. lib. 9. tit. 6. num. 19. per l. si alij. ff. de vsufr. leg.

7 Comprobatur insuper supradicta sententia, ex clausula omni meliori modo, † quæ in testamento apposita, facit, vt testamentum sustineatur, tanquàm hæres purè sit institu-
8 tus, Alc. cons. 58. num. 17. lib. 9. Ad rem quoque † clausula, prout melius, & validius potest, quæ quidem cum adeò polleat, vt comprehendat actum, etiam à testatore non excogitatum, dum tamen in genere excogitarit, l. qui iure. ff. de testa. mili. & Alc. cons. 58. nu. 5. & seq. lib. 8. frustra inde (quilibet dixerit) ambigendum, an prædictus nepos, in vsufructu prædicto, pro semisse cum prædictis mulieribus concurrat.

Et accedant dicta per Bero. q. 13. in suis qq.

Iacobus Curlius I. V. D.

ADDI-

ADDITAMENTA EIVSDEM CANALII, PRO EODEM FRATRE,

Ex quibus, & suppletiones ad materiam cumulatè habentur, & quæ aduersus propositum casum opponi possunt diluuntur, & Decisio pro Nepote clarior redditur,

SVMMARIVM.

1 L. si alij. ff. de vs. & vsufr. legat. in quibus reputetur difficilis.

2 Alberici verba prima, nos monent ad penetrandas rationes eiusdem legis.

3 In casu eiusdem legis, transfertur in nos totum integrale rei, & ius proprietatis.

4 Ratio prima decisionis eiusdem legis est, quia in proprietarium, confertur totum integrale, vnde habet concursum in fructibus, cum vsufructuario.

5 Ratio secũda, sumitur à proprietate, à qua in dubio causalis vsusfr. nõ censeturexceptus.

6 Et idem confirmat Rimin. Sen.

7 Vsusfructus causalis, significat fructus, redditus, & prouentus, & emolumentũ, atq; naturalem accessionem rei.

8 Qui prouentus pertinent, & ad proprietariũ, & ad vsufructuarium eiusdem rei.

9 Et qui prouentus, dicuntur vsusfructus causalis respectu proprietarij, nõ autem formalis.

10 Res propria nemini seruit iure formalis seruitutis.

11 Causalis vsusfructus ideo dicitur, quia causatur ex eodem iure dominij, & proprietatis, ex quo res est ipsius proprietarij.

12 Formalis vsusfructus appellatur, quia formam habet separatã à dominio, & proprietate rei, causatam, ex iure seruitutis in re.

13 Formalis seruitus, ius est in re, separatum à rei dominio.

Emolumentum rei pars integralis rei dicitur.

14 Et dicitur, commoditas differens à iure vsusfructus.

15 Ius vsusfructus cædi alteri non potest, alias extinguitur.

16 Commoditas, seu emolumentum rei, cedi, donari, locari, & vendi potest ab vsufructuario.

17 Rei emolumentum appellatur, vsusfructus, æquiuocè, & in eo fit realis coniunctio, inter proprietarium, & vsufructuariũ, in decis. d. l. si alij.

18 Cui rei proprietas datur, eidem in dubio, vsusfructus, id est naturalis rei accessio, et emolumentum, seu fructus datur.

19 Si testator, deducto vsufructu leget, tollitur omne dubium, & cessat concursus in vsufructu, ex dispositione d. l. si alij.

20 Vmbra est accessio naturalis corporis.

21 Emolumẽtũ rei, est naturalis accessio proprietatis rei, si non expressè separetur.

22 Testator rei proprietatem in nos confert, aut expressè, aut ex virtute relicti.

23 Expresse proprietatem confert, cum ait, rei proprietatem do.

24 Ex virtute relicti, cum ait, rem relinquo.

25 Omnis titulus vltimæ voluntatis, quo res relinquitur, est translatiuus proprietatis, & dominij.

26 Idem est relinquere rem, & rei proprietatem, & alteri vsumfructum dare, quo ad dispositionem l. si alij.

27 Si proprietas rei duobus, vsusfructus vni relinquatur, non trientes in vsufructu habent, sed semissem duo, semissem fructuarius, & è contra.

28 Si res duobus, vni vsusfructus relinquatur, vel è contra, non trientes, sed semisses fient in vsufructu.

29 Verbalis coniunctio in fructibus, proprieta-

 rij, &

rij, & duorum vsufructuariorum eiusdem rei, dat trientes in vsufructu.

30 Eadem verbalis coniunctio, operatur etiā ius accrescendi proprietario.

31 Glos. in verb. proprietas, in l. si tibi proprietas, ff. de vsufr. accrescen. notatur.

32 L. si tibi proprietas, & l. si proprietas, & .§. fin. l. Sempronius Attalus, & l. si alij concordāt, quo ad concursum, sed differunt, quo ad trientem, & semissem, & in iure accrescendi.

33 Inter habentem vsumfructum causalem, & habentem formalem, ratione verbalis coniunctionis, est ius accrescendi.

34 Vbi non adest verbalis coniunctio, inter proprietarium, & vsufructuarios, ius accrescendi tantum inter fructuarios est, non inter proprietarium, & vsufructuarios.

35 Cui legatur fundi proprietas, videtur etiam legatus vsusfructus causalis.

36 L. si tibi fundi vsusfructus pure, inducitur.

37 Per consolidationem, vsusfructus extinguitur indistincte, & redit ad proprietatem.

38 Qui legat fundum, dat fundi proprietatem, & e contra, & ideo vtroq; casu datur concursus.

39 In iudicio, communi diuidundo, & familiæ ereiscundæ, idem est, vni adiudicare fundum, & adiudicare proprietatem fundi, & alteri vsumfructum, nam licet ex proprietate sermonis in vsufructu deberet esse concursus, tamen, quia Iudici est commissa separatio, non communio, non fit concursus.

40 Cui fundus, seu fundi proprietas datur, ex sermonis proprietate datur vsusfructus causalis, nisi aliter constet de voluntate dantis.

41 In dubio, à relicto, proprietatis fundi, non censetur vsusfructus causalis ademptus, secundum Alber. Rimin. Sen. & Bal.

42 Dictum Doctoris intelligendum est secundū legem, ad quam refertur.

43 Vsusfructus, & proprietas, non se habent, vt genus, & species, nec in eis est locus regulæ, generi per speciem derogatur, sed vnum, nō potest præstari sine diminutione alterius, secundum Rol.

44 Proprietate rei legata, censetur, & vsusfructus legatus causalis.

45 L. si proprietas fundi. ff. de vsufr. accresc. non recipit interpretationem, si proprietas fundi, idest fundus.

46 In lege, aut ponuntur verba testatoris, quibus vsus est in facti contingentia, aut talia, quibus si testator vteretur, idem legis Auctor decideret.

47 Castrens. ad supradicta, Decisio indubitata.

48 Alfonsi Dosij, I. V. D. commendatio.

49 Alberici verba corriguntur, & interpretātur in d. l. si proprietas.

50 Si in persona alterius testator de vsufructu rei, & alterius de proprietate eiusdem rei disponat, procedit d. l. si proprietas.
At vero si in persona alterius, de proprietate simpliciter, secus erit, secundum Alberic.

51 In compilatione Iuris ciuilis, idem positum, bis, omnino non reperitur, sed vel breui addito verbo, noua decisio importatur.

52 Variatio casuum l. si alij, l. Sempronius Attalus. §. fin. l. si proprietas, l. si tibi proprietas.

53 Decisio Alberic. de qua supra impugnatur.

54 Verbū proprietas, additū subiecto, quod importat totū integrale, significat plenā proprietatem, siue subiectū sit generale, siue speciale.

55 Verba, & auctoritas Canale.

56 Glos. in verb. si proprietas, in d. l. si proprietas declaratur.

57 Cum dicitur deducto vsufructu, nuda datur proprietas.

58 Non est idem dare fundi proprietatem, & dare fundum deducto vsufructu.

59 Leges non indigent suppletione nostra, sed vsitatis, & idoneis verbis conceptæ dicuntur.

60 Non sine ministerio, leges, cum nudam proprietatem significare volunt, dicunt, deducto vsufructu, proprietatem lego.

61 Si vni proprietas pecuniæ legetur, alteri vsusfructus eiusdem pecuniæ, diuiditur pecunia, & vsufructuario datur dimidia restituendæ post

da post eius mortem ei, cui eiusdem pecuniæ proprietas legata est.

62 *Bald. à contrarietate defenditur.*

63 *Nuda proprietas, & causalis vsusfructus, sunt partes integrales fundi, seu proprietatis fundi.*

64 *Nõ dicit Bald. quod in plus se habet fundus, quam fundi proprietas, sed quam proprietas, quæ est portio fundi.*

65 *Proprietas, quæ est portio fundi, est altera pars integralis fundi, & non est fundus.*

66 *Castrens. à contrarietate defenditur.*

67 *Dominium latius se habet, quàm proprietatis dominium.*

68 *Vsusfructus, & cæterarum seruitutum, dominium etiam est.*

69 *Vbi separabis à re vsumfructum formalem, nuda remanet proprietas.*

70 *Castren. in l. proprietatis Cod. de probat. non tractauit de verbis, quibus in dispositione possit concurrere proprietarius cum vsufructuario, vel non possit, sed expressit reperiri nudam proprietatem vsumfructum formalem, & plenam proprietatem.*

71 *Fundi proprietas, nõ est vsusfructus formalis.*

72 *Cui legatur fundi proprietas, vel fundus, legatur causalis vsusfructus.*

73 *Felin. in cap. Rodulphus declaratur.*

74 *Horman. Detus in. §. Nihil commune nu. 8. declaratur.*

75 *Lata significatio, etiam propria dici potest.*

76 *Proprietas plena, propriè dicitur proprietas.*

77 *Iudex adiudicando vni proprietatem rei, impropriè nudam adiudicat proprietatem, alteri vsumfructum adiudicando.*

78 *Testator vni vsumfructum rei, alteri eiusdem rei proprietatẽ relinquendo, ex proprietate sermonis dat plenam proprietatem.*

79 *Aecoromb. in. §. Nihil commune nu. 14. declaratur.*

80 *Verbum proprietas, cum vsusfructus ab ea est separatus, apud alium, nudam significat proprietatem, cum vero est cum vsufructu, significat propriè plenam proprietatem.*

81 *In dubio appellatione proprietatis, non venit nuda proprietas.*

82 *Cum sit mentio de proprietate, & de vsufructu, vt de separatis, de nuda est intelligendũ proprietate.*

83 *Si alicui legatur fundi proprietas, & hæredi non reseruatur vsusfructus, plena proprietas data intelligitur.*

84 *Vbi constat mentem testatoris esse, separare vsumfructum à proprietate, verbum proprietas, nudam significabit.*

85 *In dubio verbum proprietas, plenam importat proprietatem.*

86 *In dubio causalis vsusfructus, nõ intelligitur separatus à proprietate.*

87 *Verbum proprietas additum subiecto, quod sui natura totum integrale rei importat, siue generaliter, siue specialiter, plenam, non nudam proprietatem significat.*

88 *Verbum proprietas additum vniuersalitati, dato alteri vsufructu, nudam proprietatem significat.*

89 *Testator dando vni vsumfructũ bonorum, & hæredi vsumfructum proprietatis eorundẽ bonorum, plenã dedisse proprietatẽ intelligitur.*

90 *Verbum bona, significat totum integrale generale, & infra nu. 150.*

91 *Institutus in proprietate hæreditatis, non concurrit in vsufructu cum vsufructuario omnium bonorum.*

92 *Hæreditas, seu hæres non significat totum integrale, sed totum vniuersale.*

93 *Hæreditas stat in sui substantia sine vsufructu, & sine bonis, cum sic testator vult, vel cum nulla sunt bona in hæreditate.*

94 *Si testator vni proprietatem gregis, aut peculij leget, alteri vsumfructum gregis, aut peculij, seu rerum peculiarium, aut omnium capitũ, siue gregis, reliquerit, non erit conuersus in vsufructu, ex dispositione, l. si alij.*

95 *Peculium denotat totum vniuersale, sicut, & grex, non totum integrale.*

96 *Genus, puta, animal, in sui substantia permanet, si ab eo vna species tollatur.*

97 Si testator relinquat proprietatem ouium, seruorũ, rerũ peculiariũ, aut equorũ vni, alteri eorundẽ vsumfructũ, fiet concursus, in emolumẽto prædictorũ, ex dispositiõe d.l.si alij.

98 Relictum, ouium, seruorum, equorum, rerum peculiarium, dicitur relictum generalitatis, & non vniuersitatis, quale est relictum hæreditatis.

99 Relictum bonorum, non differt à relicto proprietatis bonorum.

100 L. si alij, & si loquatur de fundo, tamen procedit in omni relicto, quod totum integrale significat.

101 L. si alij, & si loquatur in relictis singularibus, procedit tamẽ, et in relictis generalibus.

102 Procedet etiam, si alteri generaliter, alteri specialiter sit relictum.

103 Vxori relicto vsufructu omniũ bonorũ, & proprietate certi prædij relicta Titio, in prædij fructibus, erit concursus, ex dispositione l. si alij.

104 Vxori relicto vsufructu certi fundi, et Titio omnibus bonis relictis, erit concursus in fructibus fundi, ex dispositione d.l. si alij.

105 L. si alij, procedit, & loquitur, in relictis titulo. legati.

106 L. si alij, procedit in titulo institutionis, si testator vtatur verbis, quibus significatur totum integrale.

107 Institutus hæres pleno iure, concurrit cũ vsufructuario omnium bonorum.

108 Instituto hærede pleno iure, dicitur datum totum integrale, & sic proprietas, & vsusfructus causalis, ei competit.

109 Institutus hæres pleno iure est successor vniuersalis.

110 L. si alij, habet locum in successore vniuersali, si verba patiantur.

111 Institutus hæres plenariè est vniuersalis hæres, & habet beneficium, l. si alij.

112 Institutus in omnibus bonis concurrit in fructibus cum instituto in vsufructu eorundem bonorum.

113 Cum quis instituitur hæres pleno iure, & alij datur vsusfructus omnium bonorum, ampliatur, l. si alij, & limitatur. §. 1. Inst. de vsufr. & num. 115.

114 L. si alij, ex communi opinione procedit, & in singularibus, & in generalibus, & in vniuersalibus, & in mixtis relictis, si ratio eius legis totius integralis, militare possit.

115 Institutus hæres explicitè in omnibus bonis, habet, totum integrale bonorum, & beneficium l. si alij, dato vsufructu alteri eorũdem bonorum, ex mente Beroij. & Ruy.

116 Relictum hæreditatis sine expressione bonorum, est relictum vniuersitatis tantum.

117 Relictum hæreditatis cum expressione bonorum, est relictum vniuersitatis, & generalitatis simul.

118 Titulus institutionis hæredis, stat per se, & cum re particulari, & cum generalitate.

119 Institutio hæredis in generalitate bonorum, exprimit singulas res in generalitate cõtẽtas.

120 Generalitate bonorum, datur totũ integrale.

121 L. si alij, locum habet, vbi à testatore exprimuntur verba, quibus hæredi datur totum integrale.

122 Verbum, relinquo, est verbum commune, & potest institutionem hæredis importare.

123 Bart. habuit sensum, quod l. si alij, locum habere potest, & in generali, & in vniuersali relicto, vbi ratio militat.

124 Aes alienum, primo deducitur, & postea in reliquis concurritur in fructibus, ex disposit. d. l. ait Bart.

125 Filio instituto in omnibus bonis, & vxori simpliciter vsufructu relicto, seu vsufructuaria constituta, vxor ex consuetudine bulgari, habebit tantum alimenta.

126 Voluntas testatoris de cõcursu in vsufructu, colligenda est ex his, quæ testator expressit in testamento, non ex non expressis, & dispositis.

127 Instituto filio in omnibus bonis, & vxore vsufructuaria constituta in eisdem bonis, à testatore exprimitur verbum, bona, ad quæ potest fieri relatio concursus, inter vxorem, & filium,

& filium, in vsufructu, & eo casu non erit locus consuetudini bulgari, sed prius filius deducet legitimã suam, pleno iure.

128 *Idem dicendum, cum instituto filio in bonis, testator vxorem vsufructuariã constituit, cum filio.*

129 *L. si alij habet locum etiam in hærede instituto, vbi à testatore verba expressa realẽ coniunctionem in fructibus demonstrant inter vsufructuarium, & propietarium.*

130 *Institutio in omnibus bonis, præsentibus, & futuris, dicitur facta verbis prægnantibus quibus constat, testatorem voluisse, institutum esse hæredem, pleno iure.*

131 *Materia testamentorum venit latè interpretanda, et in ea relicto bonorum, datur vsusfructus causalis.*

132 *Seruitutes, quomodo neque in bonis, neq; extra bona esse dicantur, declaratur.*

133 *L. si alij locum non habet, facta institutione hæredis simpliciter, nullis verbis additis significantibus, coniunctionem realem, inter vsufructuarium, & proprietarium.*

134 *Nomen hæredis consistit in iure tantum, & est vniuersale, & stat ne dum sine fructibus, sed etiam sine bonis.*

135 *Hæreditas consistit in iure abstracto, à proprietate, & vsufructu, & potest dici hæreditas, sine aliquo corpore, & quis potest habere hæredem, etiam si bona non habeat.*

136 *Cum quis est institutus hæres simpliciter, non constat, quod testator voluerit institutum participare, de fructibus.*

137 *Institutus hæres sine expressione bonorum, & rerum, habet ius incorporale vniuersale, nec in eum conferuntur res singulæ.*

138 *Quando institutus hæres habeat beneficium, l. si alij, & quando non habeat, declaratur.*

139 *Institutus in omnibus bonis, concurrit cum instituto in vsufructu.*

140 *Institutus hæres proprietarius in omnibus bonis, concurrit in fructibus, cum instituto hærede vsufructuario in certis speciebus.*

141 *Vis l. si alij, non stat in titulis, sed in verbis, & eius ratione.*

142 *Institutus hæres in certis prædijs, vxore instituta vsufructuaria in omnibus bonis, erit hæres vniuersalis omnium bonorum, sed cõcursum tantum habebit in fructibus illorum prædiorum, in quibus fuit hæres institutus.*

143 *Institutio in re certa extenditur ad omnia, ne testator decedat, pro parte testatus, & pro parte intestatus.*

144 *Filio instituto hærede simpliciter, & vxore instituta vsufructuaria simpliciter, sine bonorum expressione, vxor habebit alimenta.*

145 *Vxore instituta vsufructuaria cum expressione bonorum, & filio instituto hærede simpliciter, vxor habebit, deducta legitima filij, pleno iure, totum vsumfructum in reliquis, sine concursu filij.*

146 *In legitima filij, nullum grauamen à patre potest apponi.*

147 *Instituto hærede filio simpliciter, & dato eidẽ cohærede extraneo simpliciter, & vxore cõstituta verbis, iuxta consuetudinem bulgari, aliàs importantibus alimenta, vxor respectu filij, & eius portionis habebit alimenta, sed respectu extranei, & eius portionis, habebit totum vsumfructum.*

148 *Vxor instituta hæres vsufructuaria omnium bonorum, & filio instituto hærede omnium eorũdem bonorum, à filio deducta legitima, in reliquis concurret in vsufructu cum filio.*

149 *Filio, vel extraneo instituto hærede simpliciter, & vxori titulo legati relicto vsufructu omnium bonorum, vxor habebit integrum vsumfructum tam respectu extranei, quàm respectu filij, sed filius deducet legitimã pleno iure, vbi sumus respectu filij extra consuetudinem bulgari.*

150 *Instituto hærede filio, vel extraneo in omnibus bonis explicitè, & legato vsufructu omnium bonorũ vxori, fit concursus ex l. si alij, secundum Ruynum, qui defenditur.*

151 *Disparitas tituli, non impedit concursum, si verba importent coniunctionem realem inter honoratos.*

152 *In-*

152 Institutus in omnibus bonis, concurrit cum instituto in vsufructu, ex sententia Rimin. cui subscribit Reuerendiss. Mant.

153 Institutus in vsufructu omnium bonorum, habetur loco legatarij, nec de vniuersitate participiat, nec est iuris successor, nec in eũ iura hæreditaria transeunt, nec repræsentat defunctum, & habet tertiam relicti speciẽ, alio dato hærede vniuersali.

154 Actiones hæreditarias, cõtra debitores exercet hæres, non vsufructuarius omnium bonorum.

155 Institutus in vsufructu omnium bonorum, dicitur institutus, in re certa.

156 De institutione in re certa deducitur falcidia.

157 Falcidia deducitur de singularibus relictis tã tum, non de vniuersalibus.

158 L. si alij, nõ procedit, quò ad concursum, vbi ex parte fructuarij testator expressit verba quibus apparet, noluisse facere coniunctionẽ realem inter honoratos.

159 Si testator distributis bonis disposuit, annis singulis vxori donec viuat dari loco vsufructus scuta quingenta, cessat concursus in quingentis, ex dispositione l. si alij.

160 Si testator instituto hærede in bonis, pleno iure, alteri vsumfructum eorundem bonorum dederit, cessat concursus.

161 Idem dicendum, si diceret, totum vsumfructum eorundem bonorum lego.

162 Idem, si integrum vsumfructum legaret.

163 Idem, si vsumfructum sine diminutione relinqueret.

164 Idem, si daret vsumfructum liberum.

165 Declaranda prædicta veniunt, vt procedant, cum ex parte proprietarij, non ad essent verba æquipollentia prædictis, nam si adessent daretur concursus.

166 Nam si proprietas bonorum daretur pleno iure, & vsusfructus eorundem pleno iure, erit concursus.

167 Si ex parte proprietarij, sunt expressa verba separatiua, cessat concursus, ex dispositione d. l. si alij.

168 Si testator dicat, Titius hæres esto, vxori vsumfructum bonorum lego, cessat l. si alij, & locum habet. §. 1. Instit. de vsufr.

169 Si testator dicat, deducto vsufructu, instituo hæredem, idem dicendum venit.

170 Idem dicendũ si instituat in nuda proprietate.

171 Idem si instituas in omnibus alijs bonis.

172 Dictio, alijs, est separatiua, à supra expressis.

173 Idem dicendum, si vni hæreditatis proprietatem det, & vxori vsumfructũ hæreditatis.

174 Hæreditatis, verbum stat sine bonis, & sine fructibus.

175 Proprietate hæreditatis data, verbum, hæreditas, summitur pro iure vniuersali.

176 Vsufructu hæreditatis dato, verbum (hæreditatis) summitur pro re hæreditaria, seu bonis hæreditarijs.

177 Vsufructu omnium bonorum dato vni, si alteri testator det vsumfructum certorum prædiorum, non erit concursus inter fructuarios, sed generi per speciem, derogabitur.

178 Regula, generi per speciem derogatur, habet locum in ijs, quæ sunt eiusdem iuris, puta dominij, aut vsusfructus.

179 In testamentis nihil frustra appositũ censetur.

180 Si testator, per verbalem coniunctionẽ vsumfructum bonorum sorori, & vxori, æqualiter, & æquis portionibus, primo dederit, deinde nudam proprietatem, durante vsufructu, & eo extincto per mortem alterius mulieris hæredi instituto dederit, nulli dubiũ ius accrescendi, mulieribus datum esse, & necessariam, non esse expressionem aliquam de iure accrescendi inter mulieres.

181 In testamentis, verba omnia exprimi cum effectu operandi censendum est.

182 Inter duos vsufructuarios verbis, tantum coniunctos, ius accrescendi non esse, sed deficientis portionem proprietati accedere, magis iuri consonum est.

183 Vsumfructum in bonis, æqualiter, & æquis portionibus vxori, & sorori dãdo testator, dicitur verbis tantum, vxorem, & sororem coniunxisse.

184 Præ-

184 *Prædilectio vsufructuariarum in iure accrescendi, non arguit in proprietario, nudam proprietatem.*

185 *Nec etiam, id operatur, conditio viduitatis sublata in codicillis, quæ erat in testamento apposita.*

186 *Maritorum votum commune est, vxores viduas permanere in honorem mariti defuncti, & ex eo solent mariti facere relicta, ne nubant.*

187 *Mulieres secundo nubentes, maritorum obliuiscuntur, & dicuntur primum matrimonium negligere, ideo tali casu præsumendum est, potius in fauorem hæredum consanguineorum testatoris, quàm vxoris, ad secunda vota transeuntis.*

188 *Ablatiui absoluti, resoluti in conditionem, debent saltim verificari momento temporis.*

189 *Vsufructu extincto, nec momento temporis, nec tractu temporis, fructus pertinent ad hæredē vsufructuarij, aut proprietas nuda perseuerat, sed illico vsusfructus ad proprietatem reuertitur.*

190 *Dictio, & tribuit eandem virtutem copulatis temporibus.*

191 *Verbum, instituit, relatum ad tempora copulata, respicit vtrumq; tempus copulatum, & vtrumq; determinat.*

192 *Coniunctio realis, ab initio tribuit coniunctis petitionem totius, & per conuersum postea facit partes, non ab initio, & potest causare ius non decrescendi.*

193 *Institutus hæres in omnibus bonis, durante, & extincto vsufruct, dato prius, dicitur institutus in plena proprietate, in tempore vniformi.*

194 *Dictio (Autem) est copulatiua subiunctiua, dispositioniq; præcedenti, copulat sequentem.*

195 *Dictio, Autem, quando stat aduersatiuè, satis est si in aliquo præcedenti aduersatur, necne cessariò stat semper aduersatiue, sumiturq; pro subiecta materia.*

196 *Bona dicuntur à beando, quia prosunt, bonificando bonum conferunt.*

197 *Nuda proprietas inutilis est, quandiu nuda perdurat.*

198 *In bonorum relicto, venit vsusfructus causalis.*

199 *In casu currenti, bona, respectu nepotis non sumuntur pro hæreditate, sed eodem modo, vt in relicto vsusfructus facto mulieribus.*

200 *Dictio, prædictis, repetit antedicta, cum omnibus suis qualitatibus.*

201 *Idem operatur propositum in proposito, quod operatur oppositum in opposito.*

202 *Relictum vsusfructus omnium bonorum, æquipollet relicto vsusfructus singularum rerum.*

203 *Relictum proprietatis omnium bonorum, æquipollet relicto proprietatis singularum specierum.*

204 *Relictum bonorum est relictum generalitatis, non vniuersitatis.*

205 *Generalitas bonorum, continet singulas bonorum species.*

206 *In relicto proprietatis singularum specierum, datur concursus cum vsufructuario omniũ bonorum, ex l. si alij.*

207 *In relicto generalitatis proprietatis omnium bonorum, datur concursus cum vsufructuario omnium bonorum. ex l. si alij.*

208 *Clausula apposita vni enunciationi, seu capitulo, illi tantum refertur.*

209 *Verbum, instituit, semel appositum, facit vnã enunciationem, licet posset resolui in primã institutionem, & secundam, id est in substitutionem.*

210 *Ex vnico verbo enunciante, dicitur vna enũciatio, & vnum capitulum.*

211 *Clausula vni enunciationi apposita, seu vni capitulo, refertur ad omnia, sub illis comprehensa.*

212 *Quod procedit, quando ratio diuersitatis non potest reddi, cur magis ad vnum, quàm ad aliud referatur.*

213 *Primo loco institutus, dicitur magis à testatore dilectus, quàm substitutus.*

214 *Clausula, omni meliori modo, addita post dis-*

D *posita*

ſpoſita, inter clauſulas generales, pertinet ad notarium, & poteſt ziferari, & refertur ad omnia confirmando, non alterando, nec inferendo ea, quæ ex natura principalis diſpoſitionis non veniunt.

215 *Clauſula prædicta, à notario inſtitutioni hæredis opponi non debet, ſi teſtator illam non exprimat.*

216 *Inſtitutionis verba omnia ad teſtatorem, non ad notarium pertinent.*

217 *Clauſula prædicta importat, omni pleniori modo, & iure, quo teſtator potuit in præteritũ, & poteſt ad præſens.*

218 *Notarius addendo verba inſtitutionibus, & diſpoſitionibus teſtatoris, quæ alterant diſpoſitionem, præter mentem teſtantis, ſibi fabricat ad gehennam, & falſum committit.*

219 *Clauſula prædicta diſpoſitioni appoſita, non poſt diſpoſita, confert in honoratũ, quicquid teſtator potuit.*

220 *Qui mortis cauſa donat omni meliori modo, donat irreuocabiliter inter viuos.*

221 *Clauſula prædicta facit, vt diſpoſitio dicatur facta pleno iure.*

222 *Inſtitutus omni meliori modo, & iure, cũ ius plenũ ſit melius, quàm nudũ, dicitur inſtitutus pleno iure, & concurrit cũ vſufructuario omnium bonorum, ex diſpoſitione, l. ſi alij.*

223 *Dictio (omnium) non dat totum integrale, nec importat totalitatem vſusfructus, nec eſt diſtributiua ſolidi in multis, ſed eſt collectiua, & eſt dictum commune, & confirmatũ ex multis.*

224 *Inſtitutus in omnibus bonis concurrit cum inſtituto in vſufructu omnium bonorum, nec hoc dictum habet contradictorem.*

225 *Inſtituere in hæreditate, non idem eſt, cum inſtitutione in bonis, vt Ruin. demonſtrat.*

226 *Interrogatus de generalitate, ſi reſpondeat de certa ſpecie ſtipulanti, obligatur in eo, quod reſpondet.*

227 *Interrogatus de generalitate, perinde habetur, ac ſi eſſet interrogatus de ſingulis generis ſpeciebus.*

228 *Interrogatus de vniuerſali, vt de hæreditate, peculio, grege, & dote, ſi reſpondeat de certa re, ſub ipſis vniuerſalibus contentis, non obligatur.*

229 *Aliud eſt hæreditas, peculium, grex, dos, aliud res ſub ipſis contentæ.*

230 *Per verbum, bona, mobilia, & immobilia ſignificantur corpora.*

231 *Vſusfructus ius eſt in corpore.*

232 *Verbis, totum integrale importantibus, non datur nuda proprietas, & errore labitur, qui aliter dicit, aut cogitat.*

233 *Bonorum expreſſio operatur vlterius, vt declaratur.*

234 *Vxore inſtituta hærede vſufructuaria, cum expreſſione bonorum, & filio inſtituto hærede ſimpliciter, ſine bonorum expreſſione, vxor non alimenta ex conſuetudine bulgari, ſed totum vſumfructum, & integrum, deducta legitima filij pleno iure, propter expreſſionem bonorum habebit.*

235 *Sed ſine expreſſione bonorum, habebit tantum alimenta.*

236 *Sed bonis expreſſis ex vtraque parte, deducta legitima filij, in reliquis fiet concurſus ex l. ſi alij.*

237 *Coniectura concurſus colligi debet, ex expreſſis, per teſtatorem in teſtamento, non ex non expreſſis.*

238 *Bonorum appellatione venit, ne dum cauſalis, ſed etiam formalis vſusfructus, cum bona alicuius veneunt.*

239 *Exceptio firmat regulã, in caſib. nõ exceptis.*

240 *In iudicio communi diuidundo, & familiæ erciſcundæ, Iudex vni bona, ſeu bonorum proprietatem, alteri vſumfructum adiudicando, non datur cõcurſus in vſufructu, quia Iudex datus fuit, vt diuideret, non vt communicaret.*

241 *Hæres cenſetur magis dilectus, vxore tranſitura ad ſecundas nuptias.*

242 *Bonorum appellatione in teſtamentis venit vſusfructus cauſalis.*

243 *Coniunctio realis ſola ſine verbali, cõcurſum poteſt*

potest operare.

244 *Si testator dicat, instituo Titium in bonorum possessione, potest intelligi de successione vniuersali pretoria, quæ dicitur bonorum possessio secundum tabulas.*

245 *In casu currenti, bona hæreditatem non significant, sed sumuntur naturaliter, vt prosunt, vt fructus afferunt.*



RO resolutione clara eorum, quæ aduersus fratrem meum, ne concurrat in vsufructu cum vxore sui Auunculi, obiecta sunt, addere volui infrascripta, ex
1 quibus etiam materia l. si alij, explicabitur vberius. † Quæ sanè reputatur difficilis ab omnibus, tum ex varietate legum, quę variant casus, tum ex illationibus, quæ faciunt Doctores, ex virtute rationis, l. si alij, & consimilium legum; Sed difficillima, & ex apicibus iuris habetur, quia eius Decisio habet fundamentum in materia coniunctorum in relictis, de qua in l. re coniuncti, ff. de leg. 3. vt colligitur ex Bar. in d. l. re coniuncti, nu. 10. & ex Alber. in d. l. si alij, & de tali difficultate etiã sentit Bartholom. Soc. cons. 1. nu. 14. vol. 4. vbi, & ipse defecit, vt suo loco dicemus, oppositis respõdentes.
2 Et magnus † Monarcha Alber. in d. l. si alij, sic orditur interpretationem suam; Nota vnum mirabile, in quo prima fronte omnes Doctores communiter contrarium responderent; Cuius verbis monemur, vt antequàm in similibus nostrum iudicium proferamus, ingrediamur penetralia, & introspiciamus rationes d. l. si alij, & consimilium, prout & ipse Alber. speculatur, post verba suprascripta, quibus nos redit attentos, ad fundamenta materiæ indaganda.

Pro materiæ igitur ingressu, illud nobis primo loco contemplandum venit, quod cum res aliqua, in vltima voluntate à testatore nobis relinquitur, & eiusdem rei, vsusfructus alteri datur, nec additur, quod nobis, deducto vsufructu relinquitur, & in fructibus fit concursus inter nos, & vsufructuarium, ex dispositione l. si alij, & §. fin. l. Sempronius, ff. de
3 vs. & vsufr. legat. & l. si proprietas. ff. de vsufr. accresc. † Duo in nos transferuntur, ipsum totum integrale rei, atque ius in ipsa re quod dicitur dominium, seu proprietas. Alber.
4 itaque in d. l. si alij, duas assignat rationes, Decisionis, illius legis. Primam, † ex parte totius integralis, quam reassumit Bar. in l. re coniuncti. nu. 10. ff. de leg. 3. & quam nos adduximus supra, in primis nostris allegationibus, nu. 5. & 6. in primo argumento,
5 non repeto, ibi videndum. Secundam † vero rationem assignat Alberic. ex parte ipsius iuris, idest proprietatis, & dominij, quod transfertur ex virtute relicti. Ibi, Vel est ratio in hac lege, quia vsusfructus est emolumentum totius proprietatis, vnde in dubio à relicto proprietatis, non videtur exceptus. quam rationem sequitur etiam Rimin. Sen. cõs.
6 411. in 3. vbi ait, in dubio † à proprietate non censeri vsumfructum ademptum. Quæ
7 † verba sunt intelligenda de vsufructu, idest de fructibus, redditibus, & prouentibus, & emolumentis resultantibus ex ipsa re relicta, qui etiam dicũtur, naturales rei accessiones,
8 & qui † respiciũt, tam proprietarium rei, quàm habentem vsumfructũ formalem eiusdẽ;
9 Vt ait doctissimus Alciatus cons. 75. nu. 16. lib. 9. Tom. 3. Quæ † resultantia ex re, qua respiciunt proprietarium eiusdem rei, dicuntur causalis vsusfructus, non formalis. Quia
10 † res propria nemini seruit iure formalis seruitutis, ideo non dicitur formalis, respectu
11 proprietarij. Et quia † respectu eiusdem proprietarij, talia sunt in eius dominio, ex
12 quo, res ipsa ad eundem pertinet, ideo dicuntur causalis vsusfructus. Et † quia eadem ad vsufructuarium spectant, ex ipso iure seruitutis, separato à dominio rei, ideo formalis di-
13 cuntur, habet enim formam separatam ipsa seruitus, quæ ius † est in re, à rei dominio.

Glos. magistra, in l. vti frui, in princ. ff. si vsusfr. petat. Reuerendiss. Mant. de coniect. lib. 9. cap. 5. nu. 7. glos. in l. rectè dicimus, ff. de verb. signif. l. in n oxalibus, ff. de damn. infect. Bar. in l. in vendirione, ff. de bon. Autor. iud. poss. Natta, cons. 425. nu. 11. vol. 2. Atq; eiusmodi emolumenta, pars integralis rei dicuntur à Ioan. ab Imol. & alijs, in l. qui vsum-
14 fructum. ff. de verb. oblig. & à Bar. in l. re coniuncti. nu. 10. ff. de lega. 3. & † à Doctoribus,
15 rei dicuntur commoditas differens à iure vsusfructus; Quia † ius vsusfructus cędi alteri non potest, & si cędatur extinguitur. §. fin. Instit. de vsufr.
16 At commoditas † ipsa percipiendorum fructuum, & cędi, & donari, locari, & vendi potest, §. 1. Instit. de vs. & habit. vbi ita concilian rilla iura doctores, quæ videntur pugnare.
17 Et in his † emolumentis, quæ equiuocè appellantur usus fructus, fit realis coniunctio, & concursus inter usufructuarium, & proprietarium, in terminis d. l. si alij. Et de his est intelligendus Alberic. cum ait, quod in dubio à relicto proprietatis, non censetur vsusfru-
18 ctus ademptus, † vt sit sensus. Cui rei proprietas relinquirur, eidem etiam censetur datus vsusfructus rei, idest naturalis re accessio, seu emolumētū, seu fructus in dubio. Quod
19 † dubium tollitur, si res relinquatur (deducto vsufructu) ait tex. d. l. si alij. Et est ratio-
20 nabilis decisio; Nam sicut † vmbra est perpetua, & naturalis accessio corporis, vbi
21 enim corpus locaueris, ibi etiam corporis vmbra resultabit. Sic vbi rei proprietatē, † puta fundi, prædij, domus, dederis, necessariò etiam naturalem ipsam rei accessionem, & emolumentum dabis nisi rale emolumentum specialiter fuerit à te separa tum. & hoc vo-
22 luit Iurisconsultus in d. l. si alij. Ius † sanè dominij, & proprietatis, quod consequimur in re, nobis in vltima voluntate relicta, interdum consequimur, ex explicita verbali te-
23 statoris enunciatione, interdum implicite ex virtute sola relicti. Ex † explicita sanè voluntate consequimur, cum testator ait, proprietatem fundi, agri, domus, equi, seruorū,
24 ouium, rerum, bonorum, Titio relinquo, vsumfructum Mæuio. † Ex virtute vero relicti, cum dicit, Titio fundum, agrum, domum, equm, seruos, oues, res, bona relinquo,
25 vsumfructum Mæuio. † est. n. institutionis, legati, donationis causa mortis, fideicom & cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis titulus, proprietatis, & dominij, sua natura translatiuus, §. fin. Inst. per quas perso. nob. acq.
26 Quod attinet, † ad concursum in fructibus faciendum per proprietarium, & vsufructuarium, ex dispositione l. si alij, nihil refert, an testator dicat, Titio rem relinquo, & eiusdem rei vsumfructum Mæuio, vel Titio rei proprietatem, & eiusdem vsumfructum Mæuio relinquo. Vtroq; enim casu, Titio res datur cum eius naturali accessione fructus, & emolumenti, & concursus in ipso emolumento, cum Mæuio vsufructuario. Vtraq; enim ratio l. si alij, supra ex Alberic. explicata; vtroq; casu viget, videlicet totius integralis, & quia in dubio causalis fructus non censetur ademptus ab eo, cui rei proprietas relinquitur.

Et quod idem sit, dare rem, & rei proprietatē, ad effectum d. l. si alij, probatur ex multis, vt omne dubium tollatur primo est tex. in terminis in l. si proprietas. ff. de vsufr. accresc. vbi Affricanus I. C. ait.

27 † Si proprietas fundi duobus, vsusfructus vni ligatus sit; non trientes in vsufructu habent, sed semissem duo, semissem fructuarius. Item contra, si duo fructuarij, & vnus fundi legatarius sit.

Secundo, tex. in l. Sempronius Attalus. §. fin. ff. de vsufr. legat. ibi dicitur.

28 Si † fundus duobus, alij vsusfructus legatus sit non trientes in vsufructu, sed semisses con-

, constituuntur. Item, è contrario. Si duo sint fructuarij, & alij proprietas legata sit, inter , eos tantum accrescendi ius est.

, Tertio, tex in l. si tibi proprietas, ff. de vsufr. accrescen. vbi dicitur, Si tibi proprietas fun , di legata fuerit, mihi autem, & Mæuio, & tibi, eiusdē fundi vsusfructus, habemus ego, , & Mæuius trientes in vsufructu, & triens vnus proprietati miscebitur, siue autem ego, si- , ue Mæuius capite minuti fuerimus, triens inter te, & alterutrum nostrum diuidetur, ita , vt semissem habeat in vsufructu is, qui ex nobis capite minutus non fuerit, ad te autem , proprietas, cum parte dimidia vsusfructus pertineat. Inducas.

29 Ibi proprietarius, † Ratione verbalis coniunctionis in fructibus habet trientem in vsu fructu, arguendo igitur à speciali, iuxta l. nam quod, §. fin. ff. de pen. legat. sequitur, quod si illa specialis verbalis coniunctio facta non esset, non trientes, sed semisses fierent in fru-
30 ctibus, iuxta dispositionem d. l. si alij, l. si proprietas, & d. §. fin. l. Sempronius. † Neque esset ius accrescendi proprietario, sed fructuarijs, vt ait tex. in d. §. fi. iuncta ibi glo. inter eos.
31 Et satis † insulsè loquitur glos. in d. l. si tibi proprietas, in verb. proprietas, dum intelligit, quod primo loco testator fundi proprietatem nudam tibi legauit; deinde coniunctionem verbalem in vsufructu fecit.

Nam si testator expresse dixisset, vt tu nudam proprietatem fundi haberes, deinde, mihi, tibi, & Mæuio, eiusdem fundi vsumfructum dedisset, sibi ipsi contradixisset, aut relictum inutile fecisset; Nam si voluit te nudum esse proprietarium, cur tibi postea partem fructuum dedit? Et cum res tua iure seruitutis, tibi seruire non posit, vt supra dictum est, ex glos. l. vti frui, ff. si vsufr. pet. legatum vsusfructus formalis, pro parte tertia relicti non valeret, nec ius accrescendi competeret: vult autem tex. relictum valere, & quod triens unus proprietati misceatur, & quod ius accrescendi tibi proprietario competat, ergo necessariò fatendū erit, quod cum fundi proprietatem legauit, habebat in animo, non nudā ꝓprietatē dare, sed partim cū vsufructu, & partim sine, & cū iure accrescēdi, quod postea declarauit, verbali coniunctione subiecta, vt in tex. vnde tex. illam interpretationem nullo modo patitur, vel quod testator addendo verbum, proprietatis, fundo, de nuda intellexerit, vel quod supplendum sit à nobis, si tibi proprietas, nuda, &c.

32 Vnde etiam ille tex. † concordat, quo ad concursum, cum dispositione d. l. si proprietas, & d. §. fin. & d. l. si alij. Sed differt ab illis, propter subiectam coniunctionem verbalem, quo ad partes datas, in illis. n. semis, sine iure accrescendi, in hoc tex. triens, cum iure accrescendi datus censetur. Et hic est germanus sensus illius legis, si rectè perpendatur; Nec vllo vnquàm tempore probabit, quod si addatur verbū, proprietas, fundo, & eiusdē alij detur vsusfructus, quod nuda proprietas data censeatur. Nec etiam probabit, quod in illo tex. proprietario, nuda proprietas sit data, nec ab hoc sensu fuit Bal. alienus, ibi in
33 suo summario, cum dixit. † Inter habentem vsumfructum causalem, & vsumfructū formalem est ius accrescendi, ratione coniunctionis verbalis; quasi dicat, aliàs si ibi verbalis coniunctio non fuisset subiecta, ius accrescendi non fuisset, inter habentem vsumfructū
34 causalem, & habentes formalem. † Sed ius accrescendi fuisset inter ipsos fructuarios formales, vt ait tex. ad literam d. §. fin. in fin. iuncta ibi glos. inter eos. in princ. supponit tamen Bal. quod si verbalis illa coniunctio proprietarij, non fuisset subsequuta, is cui fundi proprietas legata erat, haberet causalem vsumfructum, ex alijs legibus, puta semissem, sed quod non haberet ius accrescendi, quod est verisimum. Nam idem Bal. hoc expresserat
35 in suo summario, in d. l. si proprietas, vbi ait. Not. † quod ei cui legatur fundi proprietas,

videtur etiam legatus vsusfructus causalis, vnde Bal. sibi ipsi consonat in summarijs earundem legum.

Quarto. Optime probat tex. si vt debet ponderetur, in l. si tibi vsusfructus pure. ff. quib.mod.vsusf. amit. verba tex. sunt.

36 † Si tibi fundi vsusfructus purè, proprietas autem sub conditione Titio legata fuerit; & „ pendente conditione dominium proprietatis acquisieris, deindè conditio extiterit; ple„ no iure fundum Titius habebit: Neque interest, quod detracto vsufructu proprietas le„ gata sit; Tu enim dum proprietatem acquisieris, ius omne legati vsusfructus amisisti.

Induco, ibi, non est differentia, vt tu, qui es vsufructuarius fundi, & pendente conditione legatæ proprietatis fundi Titio, per consolidationem, idest proprietatis fundi acquisitionem ab hærede testatoris à te factam, ius omne legati vsusfructus amiseris, & Titio per superuentam conditionem pleno iure fundus acquisitus fuerit, non inquam est cōstituenda differentia, tali casu consolidationis, An Titio proprietas fundi sit relicta, an sit relicta Titio proprietas fundi, deducto vsufructu, ergo datur intelligi, quod si vsusfructus tuus non fuisset extinctus per consolidationem, ante conditionis euentum, quod habenda esset ratio, An tibi proprietas fundi, deducto vsufructu esset relicta, An esset tibi relicta fundi proprietas, sine illa additione, deducto vsufructo, post purificatam conditionem. Differentia autem illa esset constituenda, quæ colligitur ex l. si alij, & ex l. si proprietas fundi, supra allegatis. Nam ex illa additione, deducto vsufructu, proprietatem fundi, seu fundum lego (quod idem est) per superinductam conditionem purificatam, Titius totùm vsumfructum fuisset consequutus, sine aliquo tuo concursu, tu vero nudam proprietatem. Sine illa vero additione, tu semissem fructuum per concursum haberes. & alterum semissem Titius fructuarius. & hic est viuus intellectus illius legis.

Nec Iulianus habuit hāc mentem, quod idem sit dare proprietatem fundi, & dare proprietatem fundi, deducto vsufructu, vt vtroque casu, vsufructu alij constituto, nuda proprietas censeatur data. Hoc enim enunciatum est contra d.l. si proprietas, & d.l. si alij. Quinimo Iulianus occurrit ibi tacite obiectioni, potuisset enim ex suprascriptis legibus dubitare quis, & dicere, cum est data proprietas fundi, quia tunc datur totum integrale fundi, transeat, quod per conditionis existentiam, hoc casu Titius efficiatur pleno iure dominus fundi, per consolidationem præcedentem, sed quid si testator addiderit, deducto vsufructu? Num saltim hoc casu Titius persistat nudus proprietarius fundi, donec superuixerit is, cui vsusfructus fuit eiusdem fundi legatus? Quia hoc casu fuit data nuda proprietas Titio, vt d.l. si alij? Respondet Iulianus, indifferenter Titius hoc casu conso-
37 lidationis, erit pleno iure dominus fundi. † Quia per consolidationem est finitum legatum vsusfructus, & extinctū, extinctus autem vsusfructus redit ad proprietatem indistinctè. Quid autem iuris est, non extincto vsufructu per consolidationem, in illa casuum diuersitate, ibi non aperit Iulianus, sed id quærendum ex legibus supra adductis; non cortex igitur literę Iuliani, sed medulla est literæ perpendenda, ne Iulianus contradicat his, quæ alibi sunt clarè decisa.

Quinto. Benè facit tex. in l. si tibi decē millia, vers. Nā & si fundus. ff. de vsufr. ear. rer. q̄ „ vl. cōsum. dicitur. Nā, et si fundus tibi legatus fuisset, & mihi eiusdē fundi vsusfructus, ha„ beres tu quidē totius fundi proprietatē, sed partim cum vsufructu, partim sine vsufructu.

38 Ecce † Testator legando mihi fundum, habet hunc sensum, etiam dans vsumfructū eiusdem fundi alij, mihi dare proprietatem fundi, ergo si explicitè mihi dat proprietatē fundi

fundi, mihi fundum dat; conuertuntur igitur hęc, & idem sunt dare fundum, & dare fundi proprietatem, & per concursum vtroque casu, habeo partem fructuũ, vt ait ibi idem I. C. Iulianus auctor illius legis.

Sexto. Iungo tex. l. vsusfructus pluribus modis, vers. constituitur, ff. de vsufr. & quemad. quis vtar. Textui in l. Et puto. §. Iulianus. ff. famil. ercisc. & Textui in l. si quis putans. §. officio iudicis. ff. com. diuid.

» Constituitur ad hæc vsusfructus, & in iudicio famil. erciscundæ, & communi diuidũdo, si Iudex alij proprietatem adiudicauerit, alij vsumfructum.

» Iulianus ait, si alij fundum, alij vsumfructum fundi iudex adiudicauerit, non communicari vsumfructum. Officio Iudicis etiam talis adiudicatio fieri potest, vt alteri fundum, alteri vsumfructum adiudicet.

39 Ex his combinatis legibus videmus, † idem esse proprietatem adiudicare fundi, & adiudicare fundum.

40 Et licet † Vtroque casu attenta propria significatione verborum debet communicari vsusfructus, sicut communicatur in dispositione testatoris, tamen impropriatur sermo in his iudicijs familiæ ercisćundæ, & communi diuidundo, quia si propriè intelligeremus, sententia nulla esset. Quia Iudici non est commissum, vt communicet, sed vt diuidat, ita glosa notabilis, & aurea in. d. §. Iulianus, in verbo, Non communicari.

At cum testator possit, si sic velit, vni dare proprietatem fundi, seu fundum, & alij dare vsumfructum, quo casu verba possunt in sua sermonis proprietate stare, vt ambo in vsufructu concurrant, ideo in testatoris dispositione, verborum ipsorum proprietas seruabitur. Nempe, vt si vni fundus, seu fundi proprietas testator det, alteri vsumfructum, ex proprietate verborum concurrat proprietarius, cum vsufructuario. Et consequenter ex illis iuribus iuncta glosa probatur, quod relictum fundi, & relictum proprietatis fundi idem sunt, & de proprietate sermonis important plenam proprietatem, etiam cum alij vsusfructus formalis datur.

Septimo. Addo auctoritatem Alberic. in d. l. si alij, ibi,

41 In † dubio à relicto proprietatis fundi, non censetur vsusfructus (causalis. f.) adeptus.

Octauo. Addo Rimin. Sen. d. cons. 411. in 3. vbi sequitur Alberic.

Nono. Addo Bal. in d. l. si proprietas. ff. de vsufr. accresc. vbi ita sumat illum textum, Nota, quod ei, cui legatur proprietas, videtur etiam legatus vsusfructus causalis.

42 Quod dictum venit intelligendũ, secundum illam legem, ex qua illud notatur, † Quia omne dictum doctoris, venit intelligendum secundum legem, quam allegat, ait Bar. in l. Non solum. §. si liberationis, num. 7. ff. de liber. legat. Curt. Sen. cons. 65. nu. 23. Vnde dictum Bal. intelligo, vt cui fundi, seu alterius rei proprietas legatur, videatur etiam legatus vsusfructus causalis, etiam si alteri vsusfructus eiusdem fundi detur, sic enim loquitur ille textus.

Decimo. Addo Rol. cons. 8. in fin. vol. 2. vbi cõcludit, quod cui rei proprietas datur,

43 concurrit cum eo, cui vsusfructus eiusdem rei conceditur, † Nam vsusfructus, & proprietas rei, diuersis data, non patiuntur regulam generi per speciem derogatur, sed cum proprietas rei, habeat emolumentum eiusdem rei, vsusfructus non poterit præstari sine diminutione proprietatis, respectu illius emolumenti, nec proprietas poterit præstari, sine diminutione vsusfructus, respectu illius emolumenti, quod respicit, in quo est concursus, & realis coniunctio, ex dispositione l. si alij. Et ita alterũ non potest præstari, inquit, sine

ſine diminutione alterius. cum quo concordat Dec. conſ. 590. num. 7. vbi ait, quod ſi vni legatur genus reſpectu vſusfructus, alteri ſpecies reſpectu proprietatis, fit concurſus ex l. ſi alij. Cui igitur proprietas ſpeciei datur, datur totū integrale rei, ſicut cui datur ſpecies, nec eſt locus regulæ generi per ſpeciem derogatur, & datur concurſus.

Vndecimo. Addo ſummarium poſitum ſub num. 1. ad Alber. in d. l. ſi proprietas, vbi ſic ſcribitur.

44 † Proprietate legata, cenſetur, & vſusfructus legatus cauſalis. quod ſummarium con-
45 cordat, cum notab. Bal. de quo ſupra, verſ. 9. Addo. in quo † tex. aduerte, quod nullo modo admitti debet interpretatio, ſi proprietas fundi duobus, ideſt fundus, quaſi, quod ſi teſtator dixiſſet in ſuo teſtamento, eo modo, quo ſcriptum eſt in ipſa lege, ſic Titio, & Mæuio proprietatem fundi Tuſculani lego, & Gaio vſumfructum, Titius, & Mæuius non eſſent habituri ſemiſſem vſusfructus, vt dicit tex. quaſi verbum proprietas additum fundo, ſit de nuda proprietate intelligendum, & perinde ſit, ac ſi teſtator dixiſſet, deducto vſufructu, fundum lego, propter verbum proprietatis adiectum. hoc
46 enim ſomnium eſt, Africanus enim ibi, † Vel vtitur verbis, quibus erat vſus teſtator in facti contingentia, vel vtitur verbis, quibus idem decideret, ſi illis teſtator vteretur, vt in ſimili materia vltimæ voluntatis, non minus verè, quàm doctè, de more eorum docuerunt nouiſsimi. Vtinenſes, in l. 3. nu. 147. verſ. & cogitandū fol. mihi 88. ff. de leg. 1. cui.

47 Duodecimo. Adde † Caſtrenſem in d. l. ſi proprietas, in ſua lectura Auenionen. vbi non dubijs, ſed clariſsimis extenſis verbis, ex illo tex. colligit. quod idem ſit relictum fundi, & relictum proprietatis fundi, & quod vtroque caſu importatur proprietas cum fructibus, & quod datur concurſus ex diſpoſitione d. l. ſi proprietas, & l. ſi alij.

48 Atque ego, idem ex illo tex. ſcripſeram in primis meis allegationibus num. 15. † quas, cum oſtendiſſem, eximio iuris conſulto, publico profeſſori, & magno Aduocato, & in præſentiarum, ad iura feudorum explicanda, à publico deſtinato, maiori meo Honoran. & Coetaneo, D. Alphonſo Doſio. Exhibuit mihi ſupradictam auctoritatem Caſtren. de qua ſummopere ſum lætatus, quia, & ſi Bal. Odrofr. Flor. Alber. & alij idem dicant, literæ, vt debent adhęrentes, tamen Caſtrenſis expreſsit clarius, neque eius verba patiuntur exceptionem.

49 Nec † Alberic. in d. l. ſi proprietas contrarium dixit, dum ibi ex Iacobo de Aret. repo-
„ ſuit illa verba, ſed pone, quod teſtator dicit, lego Titio proprietatem, & Seio vſumfructū
„ fundi. (Sic. n. debet legi litera, vt verbum fundi, ſcribatur poſt verbum, vſumfructum,
„ non poſt verbum, proprietatem, vt ſequentia verba oſtendunt, & ratio ſubiecta demon-
„ ſtrat, & intentio quærentis ſuadet, qui vult ponere caſum diuerſum à litera tex.) quæritur
„ igitur, vt ſequitur. Habebit ne Titius partem vſusfructus per l. iſtam? (Quaſi dicat lex
„ iſta videtur ſuadere, quod etiam ſi à teſtatore, verbum proprietas proferatur ſimpliciter,
„ ſine adiectione, & appellatione fundi, quod Titius debeat habere partem vſusfructus.
„ Reſpondet tamen negatiuè, & tollit in caſu propoſito obiectum, de tex. noſtro dicens.)
„ Dic quod non. Quia hic fuit legata proprietas ſub appellatione fundi; quod patet,
„ quia dicit, proprietas fundi: quod continet plenam proprietatem. Ideſt, non obſtat de-
„ ciſioni prædictæ tex. noſter, quia hic in tex. noſtro, fuit à teſtatore legata proprietas, ſub appellatione fundi, ideſt cum expreſsione fundi; quod hoc ſit verum patet, quia in tex. noſtro dicitur (proprietas fundi) ideſt dixit teſtator lego proprietatem fundi, quod continet proprietatem plenam. Vnde legare proprietatem addito ſubiecto fundi, eſt legare

plenam

plenam proprietatem. Sed si non addatur verbum fundi ex parte proprietatis, significa-
50 bitur nuda proprietas; Quasi velit Iacob. de Aret. sic docere. Quoties † in alterius persona disponit testator de vsufructu rei, & in alterius persona disponit de proprietate eiusdem rei, tunc procedit hic tex. vt fiat concursus in semisse. At vero si in persona alterius disposuerit de proprietate simpliciter, non facta repetitione rei, tunc intelligetur, de nuda proprietate, & non erit concursus, nec procedet hic tex. & hic est sensus Iacobi de Aret. relati per Alberic. Non autem, quod si testator loquatur, vt in tex. nostro quod intelligatur de nuda proprietate.

Nam si ait, quod hic dicit tex. proprietas fundi, quod continet plenam proprietatem? quomodo possumus nos eius mentem interpretari, quod fundi proprietas continet nudam? certe id nullo modo dici debet, Nec interpretatio, si proprietas fundi, idest fundus, debet admitti.

Quod etiam persuadetur ex alio, quia nisi decisionem tex. intelligeremus, vt verba iacent, profectò hic tex. esset frustra positus, cum idem fuerit decisum, in l. Sempronius.
51 §. fin. de qua supra. & in d. l. si alij. † In compillatione autem iuris ciuilis, bis omnino idē positum non repetitur, l. 1. §. iubemus. C. de vete. iur. enucl. Quinimo cum repetitū quid apparebit, ex breui addito verbo, noua aliqua casus decisio induci dicitur, l. 2. §. si quid autem, uers. deinde sciat, eo. tit. idque etiam dicunt Scribentes, in l. sciendum. ff. de leg. 1. in summario cummuni illius legis.
52 Textus † namque in l. si alij, ponit casum inter duas personas tātum, quando alteri fundus, alteri vsusfructus fundi datur, vt concurrant in usufructu.

Textus in d. l. Sempronius. §. fin. Ponit casum, quando uni datur fundi usus fructus, & duobus idem fundus, uel è contra, duobus fundi ususfructus, & uni fundus, & pariter deciditur, vt concurratur, in vsufructu, & illa duo iura differunt tantum in multiplicatione personarum.

Tex. in d. l. si proprietas, ponit casum, quando duobus fundi proprietas, & vni datur vsusfructus, vel è contra, duobus vsusfructus, & vni proprietas, & idem de semisse vsusfructus in concursu disponitur, quod est dispositū in d. l. si alij, & in d §. fi. sed tantū diuersificatur casus; quia in illis fundus dabatur, sed in hac l. si proprietas, fundi datur proprietas.

Tex. in l. si tibi proprietas, quo ad concursum idem decidit, vt supra induxi. Sed propter verbalem coniunctionem additam decisio alteratur in quantitate, vt fiant trientes, & in hoc ille tex. differt ab omnibus supradictis legibus, & differt à §. fin. d. l. Sempronius. Quia propter coniunctionem verbalem, est ius accrescēdi proprietario, cum vsufructuario, in hac l. si tibi proprietas, sed in d. §. fin. secus, sed ius accrescēdi est inter fructuarios. Liquet igitur ex prædictis, quod idem est dare fundum, & proprietatem fundi, vt utroq; casu plena proprietas data dicatur.
53 Non † transit autem sine dubio decisio Iacob. de Aret. relata per Alberic. Quia cum testator dicit lego Titio vsumfructum fundi, & Mæuio proprietatem censetur repetitū verbum fundi, & subintelligitur, & subintellectus sensus, quo ad decisionem, idem operatur, vt probat tex. in d. l. si tibi vsusfructus purè, de quo supra vers. (4. optime probat) ibi (proprietas autem) vbi subintelligitur fundi; sicut, & in d. §. fin. ibi, alij vsusfructus legatus sit, censetur enim repetitum verbum, fundi.

Decimotertio, & vltimo, pro complementò præsentis conclusionis, adde Brogninū
54 Caualcan. suo tract. de vsuft. mulier. relict. num. 45. vbi habemus expresse, quod † Vbi-

E cumq;

cumq; verbum, proprietas, est additum subiecto, quod sui natura importat totum integrale, plena proprietas data censetur, & concursus, ex dispositione, l. si alij, siue certæ sit additum speciei, siue generali nomini, vt fundo certo, domui certæ, certo prædio, aut rebus, prædijs, bonis, & quod idem est dare prædium, res bona, & dare proprietatem prædij, rei, bonorum illius enim verba sunt illa.

55 Sexto † limita non procedere, quando maritus legaret alicui, aliqua prædia, vel proprietatem certarum rerũ legaret; & postea relinqueret vxorem dominam, & vsufructuariam omnium bonorum, quia habebit medietatem vsusfructus, aliam medietatem legatarius, vt dicit tex. in l. si alij. ff. de vsufr. legat. & ibi Bar. &c.

56 Nec glos. in d. l. si proprietas, dum dicit, quod † appellatione fundi, venit plena proprietas, sub verbo, si proprietas fundi, intelligit, quod si dicatur, vt in tex. intelligatur de nuda, nec tex. in l. Idem neratius. §. non solum, quẽ allegat, hoc probat, Quinimo glos.

57 in d. §. non solum in verb. fundus, ait, † Quod tunc nuda proprietas, non plena impor-

58 tatur, cum dicitur, deducto vsufructu, & allegat l. si alij. † Nec dixit glos. alicubi, quod idem sit fundi proprietatem dare, & dare fundum deducto vsufructu. Quinimo cũ glosa sit posita sub verbo, si proprietas fundi, cum interpretatur de plena, & allegat tex. in d. §. non solum, vult significare, quod semper fundus, siue addatur proprietas, vt in illo tex. siue non, vt in d. §. non solum, importabit plenam proprietatem, si non addatur deducto vsufructu, vt dicit in verb. fundus, d. §. non solum. & ideo non contradicit conclusioni supra probatæ d. glos.

Nec Flor. de sancto Petr. dum ponit suam interpretationem, in verb. proprietas, dicens, idest plena vult intelligere, quod textui sit suppellendum, plena, vt locus sit dispositioni illius legis, quasi, quod sola illa verba non sufficiant, quæ sunt posita à Iureconsul. quia idem sentit Flor. quod, & glos. vt supra, Ideo ibi proprietarius concurrit; Quia cũ testator dixit, si proprietas fundi, illa verba significant sua natura plenam proprietatem.

59 Leges enim † Ex se perfectè enunciant, quod volunt, nec indigẽt suppletione nostra, quasi defectuosæ sint, sed verbis idoneis, & vsitatis conceptæ dicuntur, Camill. Gallin. de verb. sig. lib. 3. cap. 10. nu. 26. §. quibus, prima const. Cod. & si aliter Flor. intellexisset.

60 malè intellexisset, ex latè supra deductis. Non † enim sine ministerio leges, cum nudam proprietatem significare volunt, dicunt, proprietatem rei, deducto vsufructu lego. Ideq; Flor. in l. si tibi decem millia, vers. vel sic. ff. de vsufr. ear. rer. quę vsu consum. vtitur verbo, proprietatis, pecuniæ, pro plena proprietate, non pro nuda, ergo in d. l. si proprietas idem sentit, alias sibi esset contrarius, ait enim.

61 In † pecunia legata, vni quo ad proprietatẽ, & alteri quo ad vsumfructũ, debet vterq; eorum habere virilem portionem, mortuo tamen eo, cui legatus est vsusfructus, redit ad eum, cui legata est proprietas: neque est dubium, quod verba eius intelliguntur de plena proprietate, iuxta tex. ibi, qui vult, tota decem milia ad legatarium pertinere.

62 Nec † Bal. inter lecturas Castrensis, in prælectionibus nouis, dum redit rationem, sibi contrarius existit, quando posita conclusione ait, quod siue legetur fundi proprietas, siue fundus, vtroque casu proprietarius concurrat, subdit, quia in plus se habet fundus, quam proprietas, quæ est portio fundi. supponit enim quod proprietas fundi, & fundus, idem significant in dispositione testatoris; Et dum postea dicit, quod in plus se habet fundus, quàm proprietas quæ est portio fundi, intelligitur. s. altera integralis. i. quàm nuda

63 proprietas, Nuda † enim proprietas, & causalis vsusfructus, sunt partes integrales fundi,

seu

64 seu proprietatis fundi, vt dicunt doctores in l. qui vsumfructum. ff. de verb. oblig. † Et non dicit Bal. quod in plus se habet fundus, quàm fundi proprietas, sed addit restringen-
65 do, quàm proprietas, quæ est portio fundi; † Proprietas autē, quæ est portio fundi, idest altera pars integralis fundi, non est fundus, sed nuda ꝓprietas, & hic est sensus Baldi, & sic non est sibi contrarius. Et est verissimum eius dictum, quod illa proprietas, quæ est altera pars integralis fundi, & sic portio fundi, minus continet in se, quam fundus aut fundi proprietas.

66 Nec † Castren. in l. si proprietatis Cod. de probation. contradicit his, quæ scripsit, in d. l. si proprietas fundi, in lect. Auenionen. dum dicit, quod proprietas dicitur, prout distinguitur, ab vsufructu formali.

Sensus. n. Cast. est, declarare, quid significat ibi tex. dum dicit, Dominiū proprietatis.

67 Supponitq; † Dominium latius se habere, quàm proprietatis dominiū, quia † vsusfru-
68 ctus, & ceterarum seruitutum, etiam dominium est, qui enim vsumfructum habet illius iuris incorporalis dominus est.

Vnde proprietatis dominiū, dicitur ad differentiam vsusfructus formalis, Ideo subdit, quod in re corporali, est dare vsumfructū formalem, & est dare nudā proprietatem, & est
69 dare proprietatem plenam. Vbi † separaueris quidem ab ipsa re corporali vsumfructum formalē, nulli dubium, quod nuda remanet proprietas, ab vsufructu formali separata, sed vbi vsusfructus formalis non erit separatus, tunc rei corporalis erit plena proprietas.

Castrensis igitur, ibi loquitur de proprietate plena rei corporalis, de nuda proprietate eiusdem, & de formali vsufructu eiusdem vti de separatis. & quod ita sæparata inter se differunt, & reperiri possunt.

Et ideo ait tex. quod dominium proprietatis potest probari per testes, & per instrumentum, & proprietatis intelligit, respectu, vt est quid separatum ab vsufructu formali, & dominio vsusfructus formalis.

70 † Quibus autem verbis separetur vsusfructus, vt dominus proprietatis concurrat in fructibus, vel non, ibi Castren. non declarat, sed in d. l. si proprietas.

71 Nec nos dicimus, quod fundi proprietas sit idem. Quod † vsusfructus formalis, nec sic
72 dixit Castrensis. Sed † bene, quod cui legatur fundi proprietas, eidem & causalis legatur vsusfructus, sicut, & cui legatur fundus. formalis autem vsusfructus, qui competit ei cum quo concurritur, est quid diuersum. Et hoc non habet dubium. Ideo bene considerandum, quod dicta diuersa, non dicuntur contraria.

73 Et † eodem modo est intelligēdus Fel. in cap. Rodulfus, num. 16. extra de rescrip. loquuntur enim de iam separato vsufructu, à proprietate, quo casu dubio procul proprietas nuda appellatur, & nuda venit, sicut, & de iam separato vsufructu loquitur tex. in l. 3. §. ne tamen. ff. de vsufr. &. §. 1. in fin. inst. eo. sed quibus verbis separetur, alia est inspectio neq; id ibi tractat Fel. qui allegat eandem l. proprietatis, C. de appellat.

74 Et Hormanoctius Decus, in. §. Nihil commune, num. 81, Naturaliter. ff. de acq. poss. non dicit, quod testator disponendo in personam vnius de proprietate fundi, & in personā alterius de vsufr. quod appellatione proprietatis, dispositū sit de nuda proprietate.

Nec etiam cum dicit, quod appellatione proprietatis, in multis iuribus significatur proprietas plena cum vsufructu, ex lata significatione, intelligit, quod sit significatio impropria, † Nam & lata significatio etiam propria esse potest, cum enim verbum generali-
75 ter significat, & si eci iliter, semper significat propriè. Nam, & arrogatio est propriè ado-

prio, licet adoptio significet generaliter, & specialiter. §. 1. Inst. de adopt. cognatio etiã, & si generaliter, pro omni sanguinis coniunctione sumatur, & pro cognitione sanguinis per sexum fœmineum, est tamen agnatio, idest coniunctio per masculos, propriè cognatio, in genere sumpta cognatione, & sic in lata significatione: sic, licet in speciali, & stricta significatione, proprietas interdum intelligatur de dominio directo, ad differentiã vtilis dominij, interdum etiam, cum refertur ad vsumfructum separatum à proprietate, intelligatur de nuda proprietate, tamen, & cum testator in vnum disponit de proprietate fundi, & in alium de vsufructu, licet verbum, proprietas, sumatur in lata significa-
76 tione, propterea non dicetur impropria significatio proprietatis plenæ. † Quinimo, & illa propria erit, & propriè significabitur dominium plenum ex nuda proprietate, & vsufructu, vt glosa, quam reputo singularem, notabiliter hoc explicat, in l. Et puto. §. Iulianus. ff. famil. erc. in verb. non communicari, quam supra induxi, vers. sexto iungo textum num. 38.

77 Nam † si in adiudicatione facta per iudicem in iudicio, communi diuidundo, Rei proprietate data vni, & dato vsufructu alteri nuda dicitur data proprietas, per impropriatio
78 nem sermonis, ergo, ait glos. † In dispositione testatoris datur plena, ex proprio sermone, non ex improprio. Posito igitur, quod ex lata significatione, importetur plenũ dominium cum vsufructu, appellatione proprietatis rei, inde tamen non infertur, ergo ex impropria, nec hoc dixit Horman.

79 Et idem determinat Fab. Accoromb. d. §. Nihil commune, num. 14. quod † & pro-
80 prietas propriè esse potest cum vsufructu. s. causali. † Sentiens, quod verbum proprietas, & si nudam significat, cum vsusfructus est apud alium, tamen cum est cum vsufru-
81 ctu, etiam est propriè proprietas. Nec in dubio inquit, appellatione † Proprietatis, venit nuda, nam frustra leges, cum nudam proprietatẽ significare volunt. addunt deducto vsu
82 fructu. Bene inquit, quod cum † in eadem materia fiat mentio de proprietate, & vsufructu, vt de separatis, proprietas intelligitur de nuda, addit rationem, quia vt dixi, iam apparet vsumfructum ab ea esse separatum. subiungit; sed si non fieret mentio de vsufructu, sed simpliciter de proprietate, credo, quod intelligatur proprietas plena. Hoc est cũ vsu-
83 fructu; Addit. Et ex † hoc infero, quod si alicui sit legata proprietas alicuius fundi, nec hę redi, vel alteri fuerit relictus vsusfructus, quod legatarius habebit fundũ pleno iure, per supradicta ex tex. in l. Vsusfructus pluribus. ff. de vsufr. inducendo, quia ibi cum nudam vult significare proprietatem, dicit, deducto vsufructu, ergo superflua essent illa verba, deducto vsufructu, si nudam proprietatem in dubio importaret, verbum, proprietas.

84 Vult itaque † Accoromb. quod ubi constat mentem testantis esse, separare vsumfru
85 ctum à proprietate, verbum proprietas importabit nudam proprietatem. Sed † si essemus in dubio, quod tunc plenã importabit. † Nec dicit, quod ex hoc solo, quod vni proprietas fundi datur, & alteri vsusfructus eiusdẽ fundi, nuda proprietas data cẽseatur; & si id diceret, diceret contra iura expressa, & omnia supra adducta, & eius dictũ non foret recipiendum; sed bene loquitur, quod vbi constat de mente separare volentis, tunc nuda significatur proprietas. Et quod vbi sumus in dubio, quod intelligitur de plena. Cui etiã
86 respondet Alber. in d. l. si alij. † Quod in dubio causalis vsusfructus, non intelligitur separatus à proprietate; & idem dicit Rimin. Sen. cõs. 411. in 3. quos supra citauimus, vers. 7. Addo. 8. Addo. Et ratio illa Accoromboni, deducta ex d. l. vsusfructus pluribus, quod si verbum proprietas, nudã importaret frustra adderetur deducto vsufructu, ostẽdit, quod

si

si fuisset interrogatus de casu d. l. si proprietas, ff. de vsufr. accresc. quod ipse respondisset pro concursu, cum non addiderit testator, deducto vsufructu.

87 Vnde concludo ego sic, hanc materiam ex deductis. Quod † vbicumq; verbum, proprietas est additum subiecto verbo, quod sui natura totum integrale rei importat, vt fundo, domui, prædio, rei, bonis, aut similibus verbis, quibus vel generaliter, vel specialiter vnum totum integrale importatur, tunc plenam significabit, non nudam proprietatem, & erit concursus cum vsufructuario eiusdem subiecti, nisi constet de expressa separatione testatoris ex supra deductis.

88 At vbicũque † verbum, proprietas, esset additum subiecto, quod non significaret totũ integrale, sed aliud totum, puta vniuersale, tunc, & in eo casu, verbum proprietas, dato vsufructu alteri, importabit nudam proprietatem, nec erit locus l. si alij, & l. si proprietas

89 supra adductis. hinc infero. Quod, † si testator vsumfructum bonorum, seu proprietatis bonorum daret uxori, aut alij personæ, hęredi vero, instituto daret proprietatẽ eo-

90 rundem bonorum, vxor, & hæres concurrent in vsufructu. Quia † verbum, bona, significat, totum integrale generale, vt expresse dixit Bero. cons. 35. nu. 10. vol. 2. vnde ex d. l. si alij, erit concursus, ait Bero. Ibid. & Caualcan. d. suo tract. de vsufr. mul. rel. nu. 45.

91 At vero † si testator in proprietate hæreditatis instituat hęredem, vsumfructum vero eiusdem hæreditatis, vel suorũ bonorum daret vxori, tunc non esset concursus in fructib.

92 hæredi cum vxore; Quia † hæreditas non est totum integrale, sed vniuersale; Quod

93 † stat in sui substantia sine vsufructu, immo etiam sine aliquibus bonis, cum sic testator vult, & disponit, l. Hæreditas. ff. de pet. hæred. cũ alijs, quæ aduxi supra, in primis allegationib. num. 3. & seq.

94 Similiter † si vni peculium relinqueret, aut gregem, seu proprietatem gregis, aut peculij, vsumfructum vero peculij, seu rerum peculiarium, aut gregis, seu corporum gregis, puta

95 ouium, equorum alteri, non fieret concursus. Quia † neque grex, neque peculium, totũ integrale dicuntur, sed totum vniuersale, vt per Bart. & alios, in Rub. ff. sol. matr. Et stat, quod quis habeat peculium, sine vsufructu rerum peculiarium, pariter, & gregẽ sine vsu-

96 fructu, corporum gregatim pascentium. Sicut † stat genus, logicum, si vna species à genere adimatur, ait Bar. in l. re coniuncti. nu. 10. ff. de leg. 3. stat. n. Animal in sui substantia, si ab eo tollatur vna species animalis.

97 Si autem † oues, seruos, equos, res peculiares, aut proprietatem ouium, seruorũ, equo-

98 rum, rerum peculiarium vni relinqueret, alteri vsumfructum, esset locus l. si alij, quia † huiusmodi relicta, dicuntur esse generalitatis, non vniuersitatis, sicut est hæreditatis relictũ, vt per Castren. qui de bonorum generalitate, & de hæreditate loquitur, in l. Hæreditatem in glos. nec obstat, ff. de don. & eiusmodi relictis datur totum integrale; & sic est coniunctio realis in fructibus inter proprietarium, & vsufructuarium. verbum itaque proprietas, regulatur à subiecto, cui adijcitur.

99 Ex iam dictis etiam colligo, quod † non est statuenda differentia inter bona relicta, & relictam proprietatem bonorum, quo ad cõcursum in vsufructu, cum vsufructuario omnium bonorum, vt per Caualcan. d. nu. 45. de quo supra, d. suo tract. de vsufr. mul. rel.

100 Insuper † colligo, quod & si tex. in l. si alij, loquatur per exemplum fundi, tamen idem intelligendum de omni subiecto, quod totum integrale significat; vt de domo, prædio, re, seruis, bonis, & similibus, quia eadem ratio est in omnibus, vt detur concursus in fructibus, prouenientibus ex ipsis subiectis, qui sunt altera pars integralis ipsorum, in qua facit

E 3 testator

testator realem coniunctionem cum vsufructuario eorundem. nam & vsufructuarius, & ius vsufructuarij respicit eosdem fructus, quos etiam respicit proprietarius, & ius proprietarij, vt supra declarauimus nu.7.cum sequentibus.

101 Insuper † colligo, quod etsi l. si alij, loquitur inter duo relicta singularia, hoc est duos, aut plures, quibus res certa singularis est relicta, alteri ratione proprietatis, alteri vsusfructus, vt in fructibus concurrant. Tamen idem decidendum veniet, si vni fiant relicta generalia, ratione proprietatis, & alteri fiant eorundem generalium relicta ratione vsusfructus; si.n.vxori relinquatur usufructus bonorũ à marito, alij relinquãtur, eadẽ bona ratione proprietatis, concurretur in fructibus, Bar.conf.33.num. 2. Caualcan. d. num. 45.

102 Idem † quoque decidendum ueniet inter generale, & singulare relictum.

103 Si enim uxori omnium bonorum vsusfructus sit relictus, Titio uero prædium certum, seu proprietas certi prædij fuerit relicta, in fructibus prædij concurret uxor cum Titio, Bec. conf. 98. num. 9. Rol. conf. 8. num. 31. vol. 2. Bar. in l. Sempronius Attalus. §. fin. ff. de usufr. leg. & in l. quæsitum. §. si quis fundum, in ultima col. uers. si uero legatur, ff. de fund. instr. Caualcan. qui testatur de communi in prax. seruan. suo tract. num. 45. fol. 114. & 115. dixi in primis allegationibus supra num. 23.

104 Vel è contra, † Si Titio omnia bona sint relicta, & uxori usufructus certi fundi, concurrit Titius in fructibus fundi cum uxore. Thom. Ferrat. caut. 32. post caut. Veron. & dixi in primis allegationibus supra num. 54.

Et in omnibus casibus supradictis, fit concursus supradictus, ex rationibus supra relatis, d. l. si alij, num. 4. & 5. quia ex parte proprietarij datur totum integrale, & quia in dubio à relicto proprietatis rei non censetur ereptus causalis vsusfructus.

105 Prædicta † sanè procedunt, quando in casibus supradictis titulo legati est vtrique, & proprietario, & vsufructuario cõsultũ, ut patet in d. l. si alij, & d. §. fin. & d. l. si proprietas. Sed quid si titulo institutionis vtrique fiat relictum, Aut alteri titulo institutionis, alteri titulo legati, per testatorem prouisum sit? pulchra sanè inspectio est. Sed primo dicamus; An titulus vniuersalis institutionis hęredis repugnet, vt sit locus dispositioni l. si alij, vt inter hæredem, & vsufructuarium sit concursus in fructibus.

106 Et resolutiuè † respondeas, quod si verba ex parte hæredis patiantur, puta quia testator talia verba expresserit ex parte hæredis, quibus significauerit totum integrale bonorum dedisse, tunc proculdubio, hæres concurret in vsufructu ex dispositione l. si alij, & hoc est de mente scribentium, & ex ratione, & mente legis.

107 Probatur, institutus † hęres pleno iure concurrit cum vsufructuario omnium bonorũ, ex dispositione d. l. si alij, Alex. conf. 56. in 3. cuius dictum omnes Doctores recipiunt communiter, exploso Paris. conf. 94. nu. 28. vol. 2. vt testatur Michael Crass. in tract. de success. ex test. §. legatũ q. 24. nu. 11. dixi in primis allegationibus supra, nu. 36.

108 & 52. & 53. Quia † sic instituto dicitur datum totum integrale bonorum cum proprietate, & vsufructu causali, probat tex. in l. si tibi fundi vsusfructus purè, ibi, pleno iure Titius fundũ habebit. ff. quib. mod. vsufr. amitt. quẽ supra allegaui, vers. 4. optime probat.

109 Sed † institutus hæres pleno iure est successor uniuersalis, vt constat, ergo.

110 L. si alij † habet locum in successore uniuersali, si uerba patiantur.

111 Item † si hæres institutus sit plenariè, est locus l. si alij, vt tradit Reuerendiss. Mant. de coniect. lib. 9. cap. 6. nu. 18. & 19. & plenariè institutus est hæres vniuersalis, ergo l. si alij, in hærede uniuersali locum habere potest.

Item

112 Item † institutus in omnibus bonis, concurrit cũ instituto in usufructu eorundem bonorũ, Rimin. Sen.cons.411.in 3.cui subscribit Reuerendiss. Mantica, loco supra citato nu.20.in fi.quia viget ratio l.si alij,ergo l.si alij,locũ habere potest in hærede vniuersali.

113 Idem † etiam tenet Paulus de Monte Pico, in l. Titia cum testamento.§. Titia cum nuberet, nu.63. ubi in casu hæredis instituti pleno iure,inquit ampliari l.si alij, & limitari. §.1.Inst. de usufr.

114 Idem † ait Caualcan. suo tract. de usufr. mulier.rel. nu.45. ubi testatur de communi, quod l.si alij habet locũ,& in relictis singularibus,& generalibus, & uniuersalibus, si eius ratio in eis uiget,& uerba patiantur,ut cum quis est institutus hæres pleno iure,ampliatur

115 l.si alij,inquit,nu.63. ut † cum quis est institutus hæres explicitè in omnibus bonis, tunc enim uerba patiuntur,quia illis importatur totum integrale,& uiget ratio l.si alij,& datur

„ concursus,ut expressè dixit Bero.cõs.35.nu.10.uol.2.ubi ponit, uerba illa.in uers. quo-

„ niam cum ipsi filij essent instituti hæredes in omnibus bonis, & vxor esset relicta vsufru-

„ ctuaria omnium bonorum,omnes debent concurrere in vsufructu,vt est bonus tex.in l.si

„ alij. Vbi quando vni relinquitur totum integrale,alteri pars substantialis,hoc est vsusfru

„ ctus,omnes in parte substantiali dicuntur concurrere.

Ruynus etiam summus legum Corypheus cons.40.nu.12.vol.2.idem tenet. Quod institutus in omnibus bonis,concurrit cum eo,cui omnium bonorum vsusfructus est relictus,& idem repetit cons.35. in fin.vers. & assignatur ratio per Bar.d.l.si alij.eo. vol.2. retuli in primis allegationibus,nu.26.& 53.

116 Et si enim † relictum hæreditatis sine expressione bonorum sit relictum vniuersitatis

117 tantum; Tamen † relictum hæreditatis cum expressione bonorum, est vniuersitatis, & generalitatis simul. Castren. in l. Hæreditatem, in glos. Nec obstat,ff. de donationibus

118 † stat enim titulus institutionis hæredis, & per se, potest enim quis duobus verbis testari, Titius hæres,l.1.in princ. ff. de hær. inst. stat etiam cum Re particulari,l.1.§. si ex fundo,stat etiã cũ generalitate,quæ vlterius operari potest,l.ex facto proponebatur in princ. ff. eo.tit. Tu hæres esto in omnibus meis bonis Gallicis, ille sit hæres in omnibus bonis meis Italicis.

119 Cumque † institutio hęredis in generalitate bonorum, contineat expressionem in genere, singularum rerum in hæreditate contentarum, l. Quoties.§. vniuersorum, vbi glos. in verb. quoniam qui. ff. de vsufr. l.si chorus de leg.3. Ruyn. cons.40. num.7.vol.

120 2. Et ita † ipsa generalitate detur totum integrale, vt per Bero. d. num. 10. sequitur,

121 † quod l. si alij, vbi sunt expressa à testatore verba, quibus hæredi dat totum integrale,habebit locum in hęrede vniuersali.

Cui opinioni etiam videtur adherere Bar. cons. 33.num.2. vbi, & si loquatur per ver

122 bum relinquo, † cum sit verbum commune, & possit hæredis institutionem importare,

123 vt tradunt omnes in Rub.de leg.1.dum loquuntur de verbo lego, sequitur, quod † Bar. etiam ibi intelligat l.si alij,generaliter habere locum in quocunque relicti titulo, siue generali, siue vniuersali,vbi ratio ipsius legis potest verificari,ait enim.

„ Ad secundum dicitur, quod posito,quod dicta domina ex vigore dictorum verborũ,

„ dominam, & vsufructuariam,&c. debeat habere vsumfructum,non existentibus liberis,

„ non tñ debet habere vsumfructum nisi dimidiæ partis bonorũ,quod patet,quia alijs reli-

„ quit omnia bona,& similiter vsumfructũ,dicto D.Paulo Celso,& sic faciunt ei partem;

„ vt l.si alij,ff.de vsufr.leg.l.Sempronio in princ.eo.(vult dicere,l.Sempronius.§.fin.eo.tit.)

Intelligo

124 Intelligo † autem, quod dimidiam vſusfructus habeat dicta domina, & aliam dimidiam d. D. Paulus omnium bonorum dicti teſtatoris, deducto ære alieno.

Et eandem ſententiam ſequitur Bero. conſ. 34. num. 16. verſ. Adde quod refert, & num. 17. & 18. vol. 2. vbi tractat de conſuetudine Bulgari, quæ dat vxori alimenta, in ſtituto filio in omnibus bonis, & ita diſtinguit in caſu, quo vxor eſt conſtituta a teſtatore vſufructuaria.

125 Aut † filio inſtituto in omnibus bonis, teſtator vxori relinquit vſumfructũ ſimpliciter, dicens. Vxorem vſufructuariam relinquo, & tunc habebit tantum alimenta, vxor ex cõſuetudine Bulgari, Quia tali caſu teſtator nihil expreſſit in quo poſſit fieri concurſus in

126 vſufructu inter filium, & vxorem; voluntas † enim teſtatoris colligitur, quod ſit, vt fiat concurſus in fructibus ex diſpoſitis, & expreſsis in teſtamento, non autem ex non diſpoſitis, ait nu. 18. allegando Bal. & Imol. in l. cũ filium. ff. de hæred. inſtit. & alios, vt per eũ.

127 Aut † inſtituto filio in omnibus bonis, vxorem conſtituit vſufructuariam in omnibus bonis, & tunc, quia exprimit bona, in quibus eſt filius inſtitutus, ex eo quod eſt diſpoſitũ colligitur, quod voluit eſſe concurſum inter filium, & vxorem in fructibus, quia expreſsit bona, ad quæ poteſt fieri relatio inter vxorem, & filium, & locus tunc non eſt conſuetudini Bulgari.

128 Aut † inſtituto filio in omnibus bonis conſtituit vxorem vſufructuariam cum filio, & ita pariter erit concurſus, quia addendo, cum filio, coniungit vxorem in vſufructu cum filio, & ita erit concurſus ex diſpoſitis, & expreſsis per teſtatorem, non autem ex non diſpoſitis. Et nu. 19. addit, quod filius primo deducet ſuam legitimam, deinde in reliquis bonis concurrit in vſufructu pro dimidia cum vxore.

129 Patet † igitur, quod diſpoſitio, l. ſi alij, & conſimiles, habẽt locum etiam in inſtituto hęrede, vbi verba à teſtatore expreſſa realem coniunctionem in fructibus demonſtrãt inter proprietarium hæredem, & vſufructuarium. Qualia ſunt verba, inſtitutioni adiecta.

130 † In omnibus bonis, præſentibus, & futuris, quę dicuntur verba valdè vniuerſalia, & prægnantia, quibus conſtat, teſtatorem voluiſſe inſtitutum eſſe hæredem, pleno iure; vt explicat Bero. conſ. 35. nu. 24. verſ. Tanto magis hoc dicendum eſt, vol. 2. quod reſpondet ei,
„ quod dixit nu. 10. eo. conſ. & ſupra retulimus. d. nu. 24. ait. Tanto magis hoc dicendũ
„ eſſet, quando appareret ipſam matrem, non ſimpliciter fuiſſe hęredem inſtitutam, ſed ex-
„ preſsè in omnibus bonis, præſentibus, & futuris, vtendo verbis valdè vniuerſalibus, & præ-
„ gnantibus, quibus conſtat teſtatorem voluiſſe illam eſſe hæredem pleno iure, &c.

Bona. n. dicũtur ſi proſũt, ſi bonificẽt, ſi bonũ cõferant, cũ ſint dicta à beando, l. ſubſignatũ, §. Bona. ff. de verb. ſignif. & tradit Philip. Caſſol. Regien. ſuo tract. de teſt. nu. 15.

131 Et in materia † teſtamenti, quæ venit latè interpretanda, l. in teſtamentis, ff. de reg. iur. In relicto bonorum venit vſusfructus cauſalis, & habet locum l. rem in bonis, ff. de acquir.

132 rer. dom. Bar. in l. 1. nu. 2. in fin. ff. de vſufr. legat. Et licet † ſeruitutes non dicantur eſſe in bonis, nec extra bona in d. l. 1.

Tamen illud intelligitur, quod qui habet vſumfructum, ſeu aliam formalem ſeruitutem in aliqua re, non dicitur habere in bonis ſuis, nec extra bona ſeruitutem, reſpectu illius rei, in qua illam ſeruitutem habet.

At vero vſusfructus ipſe cauſalis, hoc eſt naturalis acceſsio, ipſius rei noſtrę dicitur eſſe in bonis noſtris, vna cum ipſa re, quæ noſtra eſt, eodem iure dominij, Io. Bottæ, conſ. 13. num. 34. vſque ad num. 29. ita declarat.

Quibus

Quibus stantibus, ex quibus constat l. si alij, & similes habere locum in hærede vniuersali, instituto à testatore, verbis, quibus colligitur totum integrale, & realis coniunctio in fructibus inter hæredē proprietariū, & vsufructuarium. Quia tunc viget ratio, l. si alij.

133 E contrario † colligimus, quod si testator exprimat institutionē simpliciter, nullis additis verbis significantibus coniunctionē realem prædictā, dispositio, l. si alij, non habebit locū.

Puta si testator dicat, nepotem meum instituo mihi hæredem, vsumfructum omnium bonorum meorum vxori meæ relinquo. certè eo casu non habebit locum dispositio l. si alij, quia eiusdem l. tunc ratio cessat, ita procedit, quod scribit Reuerendiss. Mantica, d. cap. 6. nu. 17. lib. 9. de coniect.

Quando enim quis simpliciter instituitur hæres, non exprimitur aliquid ex parte filij, in quo possit fieri coniunctio inter hæredem, & vsufructuarium. Ideo non debet fieri concursus, argumento eorum, quæ dixit Bero. d. cons. 34. nu. 16. vers. Adde quod refert.

134 Nomen † enim hæreditatis consistit in iure tantum, ait Picus, num. 19. 25. & 63. in l. Titia, §. Titia cum nuberet. de leg. 2. ideò tunc hæres nudam habet proprietatem ex tex. in §. 1. Instit. de vsufr. & non concurret ex dispositione l. si alij. fallit hoc, ait Picus, si institutus quis esset pleno iure, tunc enim d. §. 1. restringitur, & ampliatur, l. si alij, & nu. 25. vers. „ possunt hæc simul stare, ait idem Pic. Verbum hæres sua natura non importat usumfru„ ctum, quia est vniuersale, & potest stare sine bonis aliquibus, ne dum sine vsufructu. „ Quam rationem etiam refert Reuerendiss. Mantica d. nu. 17. & Castren. cons. 218. vol. 1. incipit, quod vxor dicti Rectorij. ait.

„ Cum instituit hæredem, & alteri legat vsumfructum bonorum, non constat ex alio,
135 quod voluerit institutum participare aliquid de vsufructu † cum hæreditas consistat in iu„ re abstracto à proprietate, & vsufructu, quia potest dici hæreditas sine aliquo corpore.
„ Gozad. cons. 47. num. 12. redit eandem rationem, quia quis potest habere hęredem etiā
„ si eius hæres bona non habeat, stant enim hæc duo simul, vt quis habeat hęreditatem, &
„ nudam proprietatem bonorum, & alius habeat vsumfructum. Et allegat Castren. & d.
„ §. 1. Instit. de vsufr. & Picum, loco de quo supra.

Paris. cons. 94. num. 34. vol. 2. ait, l. si alij, non procedit respectu hæredis instituti, vt concurrat in vsufructu, allegat Castren. d. cons. 218.

Natt. cons. 297. num. 2. vers. aggredior modo, secundum dubium vol. 2. ait.

136 Hæreditas cōsistit in iure abstracto, ab omni corpore, & cum † est institutus hæres simpliciter non constat, quod testator voluerit institutum participare aliquid de vsufructu, & allegat. §. 1. inst. de vsufr.

Cumanus notabiliter in l. 2. col. fin. num. 6. Cod. com. de legat. ait.

137 Cum est † simplex institutio hęredis sine expressione bonorum, & rerum, tunc confertur res vniuersalis incorporalis, non autem conferuntur res singulę.

138 Concludas † igitur l. si alij, habere locum in hærede instituto, si sit hæres institutus additis verbis, quibus testator ostēdat coniunctionē realem inter vsufructuariū, & hæredē.

Et sic quod titulus institutionis vniuersalis non pugnat dispositioni l. si alij.

Cum vero testator instituerit hærede simpliciter non erit locus l. si alij, non quod tit. institutionis ei repugnet, sed quia nil exprimitur tunc, in quo possit fieri realis coniunctio inter institutum, & vsufructuarium. Videamus modo, an si vsufructuarius institutus in vsufructu, & hæres institutus in omnibus bonis, concurrant in fructibus, ex dispodispositione l. si alij?

139 Resolutiuè † respondeas quod sic. ita in terminis respondet Rimin. Sen. cons. 411. in 3. quem refert, & sequitur Reuerendiss. Mãtica, loco supra citato, de coniect. lib. 9. cap. 6. num. 20. in fine. Vbi inquit, quod Riminal. ita determinat, quia viget ratio l. si alij. Et ratio viget, quia instituto in omnibus bonis datur totum integrale, vt ait Bero. cons. 35. num. 10. vol. 2.

140 Extende † dictam conclusionem, si quis sit institutus hæres vsufructuarius in certis prædijs, vel certis speciebus, aut rebus, & hæres proprietarius, sit institutus hæres in omnibus bonis, concurrent enim in illis certis speciebus, seu prædijs in vsufructu, quia viget ratio l. si alij.

Sicut enim idem est in duobus legatarijs, vt supra dictum est; Ita debet esse in duobus
141 institutis, † Vis enim non stat in titulis, sed in ratione d. l. si alij.

Sed pone testator vxorem vsufructuariam hæredem instituit in omnibus bonis, Titiũ verò instituit hęredem proprietarium in prædijs. Italicis, vel in dimidio bonorum suorũ, quid iuris erit.

142 Respondeas, Titius, † quo ad proprietatem erit hæres vniuersalis omnium bonorum, detracta illa mentione, dimidietatis bonorum, aut prædiorum Italicorum, per tex. in. l. 1. §. si ex fundo, ff. de hæred. instit. verũ, quo ad concursum in vsufructu non cõcurret cũ vsufructuario omnium bonorum, nisi in expressis, videlicet in dimidia parte bonorum expressa, vel in prædijs Italicis, talis enim expressio, sicut alias operatur inter duos institutos, ut in l. ex facto, eo. tit. de hæred. inst. ita etiã operari debet in præsenti casu, sicut etiam in simili, in l. si tibi proprietas. ff. de vsufruc. accresc. propter specialem vsusfructus causalis mentionẽ respectu proprietarij, proprietarius, qui aliàs fuisset semissem vsufructus consequuturus, vt in l. si proprietas eo. tit. non consequitur nisi trientem. Sic & in proposito cum impliciiè causalis vsusfructus solum, in rẽ specialiter expressa, faciat coniunctionem realem, colligitur ex expresso ex mẽte testatoris fuisse, vt in eo tantum cõcurrat,
143 non in non expressis. licet † Institutio per interpretationem extendatur ad omnia, ne pro parte testatus, & pro parte intestatus, mortuus testator dicatur, vt d. §. ex fundo.

Et quo ad concursum mens testatoris debet colligi ex expresse dispositis, non ex non dispositis, vt dicit Bero. supra citatus cons. 34. num. 16. vol. 2.

144 Sed quid † Si testator instituat hæredem filium simpliciter, non exprimendo aliquid, & vxorem instituat hæredem usufructuariam, non exprimendo bonorum, Bero. cons. supra citato 34. num. 16. uers. Adde quod refert inquit deberi alimenta tantum, respectu uxoris in fauorem filiorum propter cõsuetudinem Bulgari, ex quo nihil expressit. ita idem Bero. ex mente Bal. eo. cons. 34.

145 Sed † si expressit, instituo usufructuariam omnium bonorum meorum, filio simpliciter hærede instituto, non expresso aliquid, in quo possit fieri realis coniunctio, filius ha-
146 bebit legitimam tantum pleno iure, in qua † nullam grauamen potuit testator imponere l. Quoniam in prioribus, & Auth. nouiss. C. de inoff. test. uxor uero habebit usumfructum cæterorum bonorum totum, & integrum sine concursu filij, cum nil ex parte filij fuerit expressum, in quo fiat realis coniunctio inter filium, & uxorẽ, & ita cessat dispositio l. si alij, ff. de us. & usufr. legat. Reuerendiss. Mant. lib. 9. tit. 7. num. 24. uers. tertio colligitur.

Nomen enim hęredis stat in iure tantum sine aliquibus bonis, ne dum sine vsufructu, vt supra dictum est.

Si

147 Si vero † esset institutus hæres simpliciter, & alius extraneus esset eius cohæres simpliciter, & vxor esset in terminis consuetudinis Bulgari, illa consuetudo operaretur respectu filij, & portionis filij alimenta, sed respectu extranei, operaretur, vt vxor habeat vsumfructum totum, & integrum, & extraneus in sua portione esset nudus proprietarius, cum nihil sit expressum, in quo fiat realis coniunctio respectu extranei, Bero. cons. 35. nu. 12. vers. suadentur prædicta, vol. 2. ibi videndum.

148 Si verò † sit institutus hæres in omnibus bonis, filius, & vxor sit instituta hæres vsufructuaria omnium eorundem bonorum, filius primo deducet legitimam pleno iure, deinde in reliquis bonis in vsufructu concurret cum vxore, pro dimidia, uti quilibet extraneus sic institutus in bonis, quia adest expressio bonorum, ex utraq; parte, in quibus fit coniunctio realis respectu fructuum, & sic viget dispositio l. si alij, ita Bero. d. cons. 34. num. 17. 18. & 19.

Sed quid si filius sit institutus hæres, uel extraneus simpliciter, & vxori sit titulo legati relictus vsusfructus omnium bonorum, non fiet concursus in usufructu ex dispositione l. si alij?

149 Resolutiue † respondeas, quod non. sed extraneus nudam habebit proprietatē, vxor habebit totum, & integrum usumfructum, quia non adest realis coniunctio, cum hæreditas sit nomen iuris, & ita non militat l. si alij, & habebit locum. §. 1. inst. de usufr. ita Reuerendiss. Mantica num. 17. d. cap. 6. lib. 9. de coniect. Respectu vero filij, si sunt talia verba ex parte vxoris, quę non important alimenta, sed vsumfructum, filius tantum deducet legitimam pleno iure, vxor habebit totum, & integrum vsumfructum in reliquis, quia non uiget ratio l. si alij, quod si uerba non important usumfructum, vxor tantum alimenta habebit, & omnia filius pleno iure ex consuetudine Bulgari, glos. in Auth. Hoc locum, Cod. de secun. nupt. & ibi omnes Bero. cons. 34. num. 1. vol. 2.

150 Sed quid † si testator instituat filium, seu extraneum in omnibus bonis explicite, & leget vsumfructum omnium bonorum uxori? Num ex dispositione l. si alij, erit locus concursui in fructibus bonorum inter extraneum, & uxorem, & seu inter filiū, & vxorem.

Ruyn. cons. 35. & 40. in vol. 2. Respondet affirmatiuè.

Sed Reuerendiss. Mantica d. cap. 6. num. 20. lib. 9. de coniect. contradicit Ruyno; Nec in hoc fuit sibi constans Caualcan. suo tract. de vsufr. mul. rel. num. 45. & 63. quia num. 45. testatur opinionē cōmunem esse, quod l. si alij, habet locum & in singularibus, & in generalibus, & vniuersalibus relictis, si ratio l. si alij, in eis potest militare. Tamen d. num. 63. non subscribit Ruyno, qui vult hæredem in omnibus bonis concurrere, cum uxore legataria usufructus omnium eorundem bonorum, & tamen negari non potest, quin tali casu uigeat ratio l. si alij. Et licet Reuerendiss. Mantica d. num. 20. cōtra Ruyn. addat quędam, ut per eum ibi, tamen credimus illa à nobis fuisse sublata in primis nostris allegationibus supra ad ibi dicta recurrendum, ne bis idem repetatur. Et opinio Ruyni est uerisima, Quia instituto hærede vniuersali in omnibus bonis dicitur datum totum integrale, ut per Bero. d. cons. 35. num. 10. diximus supra num. 90. & ita uiget ratio l. si alij, ergo etiam eius dispositio habebit locum.

Confirmatur, quia institutus pleno iure est hæres vniuersalis, vt supra dictum est, & institutus pleno iure concurrit cū legatario vsufructuario omniū bonorum, vt ait idem Re-
151 uerēdiss. Mantica ibid. nu. 19. ergo disparitas tituli, † seu diuersitas nō impedit cōcursum, si verba importent coniunctionē realem inter honoratos; quia tunc uiget ratio l. si alij.

 Con-

152 Confirmatur, † quia cum Reuerendiss. Mantica subscripserit cons. Rim. 411. vt institutus in omnibus bonis concurrat cum vsufructuario instituto omnium bonorum, quia viget ratio, l. si alij, eo. cap. 6. nu. 20. in fin. ergo.

153 Idem est dicendum, si vsufructuarius omnium bonorum sit legatarius, quia † institutus in vsufructu omnium bonorum, alio dato hærede vniuersali, habetur loco legatarij, & nihil de vniuersitate participat, nec est iuris successor, nec in eũ iura hæreditaria trãseunt, nec repræsentat defunctũ, & est in tertia specie relicti, vt notanter docet Antonius Cioffus cons. 35. nu. 3. & 6. vbi ad hoc congerit multa, & idem ait Caualcan. suo tract. de vsufr. mul. rel. num. 72.

154 Hac ratione † in eiusmodi vsufructuarium omniũ bonorum non transeunt actiones hæreditariæ, sed in hæredem, qui eas exercet contra debitores, & in exactis, vsufructuarius

155 habebit vsumfructum, vt Bero. quæst. fam. 13. nu. 3. † vbi in terminis ait, hunc institutum esse in re certa, & non esse hæredem vniuersalem, sed particularem.

Cum igitur hic sic institutus, non dicatur hæres vniuersalis, & legatario comparetur, & tamen habet concursum cum instituto hærede in eisdem bonis, secundum ipsum Reuerendiss. Manticam, ergo idem erit si sit legatus vsusfructus omnium bonorum. Cum in effectu nulla ratio diuersitatis possit assignari, cur cum instituto hæres concurrat, & nõ cum legatario; Nec ius sit in tituli diuersitate, sed in verbis, vt dictum est.

Confirmatur, hic institutus in vsufructu omnium bonorum, dicitur institutus in re

156 certa, vt supra dictum est. Sed communis † est resolutio, quod de institutione eiusmodi in re certa deducitur Falcidia, vt idem Reuerendiss. Mantica docuit, lib. 9. cap. 13. nu. 10. de coniect. ergo de eiusmodi † institutione deducitur Falcidia.

157 Sed Falcidia † deducitur de singularibus relictis tantum, non de vniuersalibus, idest de legatis, l. 2. l. in imponenda. Authen. sed cum testator, C. ad leg. Falc. l. in quartam, cum ibi plenè notatis. ff. eo. tit. ergo. Hic institutus in vsufructu omnium bonorum est singularis successor, non vniuersalis, & est legatarius; vnde sicut ipse patitur concursum ab instituto in eisdem bonis, pariter & pati debet legatarius vsusfructus omnium bonorum, ab eodem instituto in omnibus bonis eisdem.

Et ita transeundum est cum Ruyno in casu prædicto, cui etiam opinioni adhæret Bar. cons. 33. nu. 2. vbi dispositio facta in fauorem mulieris erat per verbum, relinquo, & ita erat legataria, cum adessent alij instituti in testamento, & substituti, vt ibi apparet, & tamen ibi vult esse concursum, Bar. Ruynus etiam addit rationes alias, sed infra in tollendis his, quæ adducuntur contra nostras primas allegationes dicemus, nunc omitto, ne bis idem repetamus. Remaneat igitur casus Ruyni firmus, & sub dispositione, l. si alij.

158 Declaranda † insuper venit supradicta l. si alij, vt non procedat vbicunque ex parte vsufructuarij adessent talia verba, ex quibus colligeretur, quod mens testatoris non fuerit coniungere proprietarium cum vsufructuario in fructibus.

159 Primum exemplum † pone; Testator distribuit in testamento diuersis personis omnia sua bona; postea vxori suæ vult dari de omnibus bonis suis loco vsusfructus scuta quingenta annis singulis, donec vixerit, certe hoc casu, nullus est concursus in illis quingentis, dandis singulis annis vxori, quia inter vxorẽ, & honoratos nulla est realis coniunctio, sed est relictum certum factum vxori, separatum à reliquis relictis, hoc tradit Paris. cons. 97. in 2. parte, nu. 19. & 20. lib. 2.

160 Secundum exemplum † pone, si ex parte vsufructuarij testator adderet verbum, pleno iure,

no iure, & hęredem institueret vniuersalem in omnibus bonis, tunc illud verbum, pleno iure, significabit, quod testator voluerit dare totum, & integrum vsumfructum vsufructuario, & instituto nudam bonorum proprietatem. nec erit locus concursui.

161 Tertium † sit exemplum, si ex parte vsufructuarij, adderet totum vsumfructum.

162 Quartum sit exemplum, si diceret integrum vsumfructum.

163 Quintum, si diceret, vsumfructum sine diminutione.

164 Sextum, si diceret vsumfructum liberum.

Hæc habemus exempla explicata per Caualc. suo tract. de vsufr. mul. rel. num. 49. fol. 217. & communem attestatur esse opinionem Michael Cras. in suo tract. de success. ex testam. & ab intest. in. §. legatum quæst. 25. num. 3. vers. contrariam. quos etiam retulimus in primis allegationibus nostris supra num. 2.

165 Quæ † omnia exempla sublimita, nisi ex parte quoque hæredis adessent verba, quæ prædictis præponderarent, tunc enim haberentur ex vtraque parte dispositiones simplices, & daretur concursus ex dispositione l. si alij. Ita notabiliter declarat idem Caual. in Repert. ad suas decis. in verb. vsusfructus in fin. vbi testatur ita fuisse iudicatum in sua pa-

166 tria, cum casus euenisset; nempe † quod, & alteri erat bonorum proprietas data pleno iure, & quod fuit datus concursus, perinde, ac si simpliciter bonorum alteri proprietas, & alteri vsusfructus daretur.

167 Declara † etiam, quod vbicunq; ex parte hæredis adessent verba, ex quibus, nō realis coniunctio, sed separatio ostenderetur inter proprietarium, & vsufructuarium, tunc. n. cessaret dispositio, l. si alij, ex quo ratio eius quoq; cessaret.

168 Primum sit exemplum, vbi testator diceret simpliciter, Titius hæres esto, omniū meorum bonorum vsumfructum do vxori meæ, certe hoc casu, hæres nudam habetet bonorum proprietatem, vxor totum vsumfructum. Vt diximus supra vers. è contrario colligimus, num. 133. probat. §. 1. Inst. de vsufr.

169 Secundum † sit exemplum, si dicat, instituo in omnibus bonis hæredem Titium, deducto vsufructu, & omnium bonorum vxorem meam vsufructuariam esse volo. tunc. n. ex voluntate testatoris expressa non datur concursus, vt ait tex. in terminis in d. l. si alij.

170 Tertium sit simile superiori, si dicat instituo hæredem in nuda proprietate bonorum. qui casus est indubitabilis.

171 Quartum sit † exemplum, si dato vsufructu omnium bonorū vxori, adderet testator; in omnibus alijs bonis instituo mihi hæredem Titium, certe tunc non daretur concursus,

172 quia dictio, † Alijs est separatiua ponens diuersa à supra expressis, cap. sedes. extra de rescrip. l. si fugitiui. C. de seru. fugit. Ideo nulla fit coniunctio realis inter proprietarium, & vsufructuarium, & sic cessat ratio, l. si alij, quam explicat Bart. in l. re coniuncti, nu. 10. de leg. 3. Ita Caualcan. in terminis in suo tract. de vsufr. mul. rel. nu. 63. vbi allegat. vt per eum. vide Ferrat. caut. 32. nu. 5. vbi hoc ponit.

173 Quintum sit † exemplum, si testator vsumfructum hæreditatis suæ daret vxori, & daret proprietatem hæreditatis suæ Mæuio instituto.

174 Ex quo enim verbum, proprietas, additur verbo vniuersali hæreditatis † quod potest stare sine bonis, & sine fructibus, l. hæreditas. ff. de pet. hæred. l. si hæreditatem. ff. mandati. dixi in primis allegationibus supra nu. 31. sequitur, quod tali casu, non adest cōiunctio realis, & sic cessat dispositio. l. si alij.

Nec obstat, si diceretur, quod videtur coniunctio realis ratione hæreditatis, cum dica-

tur proprietarius hæreditatis, & usufructuarius hæreditatis.

175 Quia respondetur, quod respectu hæredis † vniuersalis, & perpetui, hæreditas sumitur pro re iuris, & pro re vniuersali, non sic respectu vsufructuarij. Quia † non est
176 iuris vniuersalis, sed particularis successor, & loco legatarij singularis habetur, vt supra demonstratum est, & eius respectu hæreditatis nomen impropriatur, & perinde est, ac si esset vsufructuarius rerum hęreditarium, est enim vsusfructus, ius in rebus, inst. de vsufr. in princ. vnde cum ex parte heredis proprietarij, testator non enunciauerit, aut res, aut bona, & sic totum integrale, non potest esse realis coniunctio, & sic cessat dispositio l. si alij, quod secus esset, si sic enunciasset, ut supra dictum est.

177 Aduertendum præterea, † Quod si vxori fortè omnium bonorum vsusfructus legetur, & Titio vsusfructus certorum prædiorum, non erit locus d. l. si alij. Sed Titius habebit totum vsumfructum prędiorum, nec vxor concurret in illis, quia tunc procedit Re-
178 gula, generi per speciem derogatur, quia † tunc sumus in his, quę sunt eiusdem iuris vsusfructus, sicut, cum vni dantur omnia bona, & alteri datur domus Titiana, non datur concursus, quia tunc est locus generi per speciem derogatur. Regula generi, vbi Dyn. & alij, de reg. iur. in sexto, quia sumus in his, quæ sunt eiusdem iuris dominij, ita Rol. cōs. 8. num. 37. vol. 2. Becc. cons. 98. num. 10. Caual. d. tract. de vsufr. mul. rel. num. 45. vers. posset tamen saluari, fol. 215.

Et ex his habemus exactè tractatam materiam l. si alij, tàm in rationibus eius, quàm in casuum diuersitate, ex quibus facile poterimus casibus occurrentibus dare suas decisiones. Prout ex supradictis facili negotio, casus nepotis, de quo agimus, decidi poterit. Pro quo adde.

179 Nil otiosum, & frustra testamentis appositum censeri debet, l. si quando de legat. 1. Paris. cons. 6. num. 12. & cons. 54. num. 67. vol. 1. & cons. 71. nu. 19. uol. 3.

Si testator, illis verbis (durante, & extincto vsufructu, &c.) non suo animo præcogitasset dare proprietatem plenam, D. Cornelio Canalio eius Nepoti, sed nudam; certè in dando vsufructu sorori, & vxori, expresisset tantum illa verba, Hæredes vsufructuarias esse voluit, æqualiter, & æquis portionibus. Nec addidisset accurato modo, vt facit, ver-
180 ba illa, quibus dat inter eas ius accrescendi. Quia † stante, quod durante vsufructu dictarum mulierum, & eo extincto per mortem alterius, nepos esse deberet nudus proprietarius, nulli dubium fuisset, quod altera mortua ex mulieribus, altera totum vsumfructum esset habitura, ex illa verbali coniunctione sola (æqualiter, & æquis portionibus vsufructuarias in omnibus bonis esse voluit) ex quo durante vsufructu, & eo extincto per mortem alterius, Nepos exprimitur nudus proprietarius; & ita omnia sequentia verba, tam accuratè prolata de iure accrescendi essent otiosa, & superflua. Quod nullo modo est dicendum. Vnde concludendum. Nepotem animo concepisse plenum proprietarium omni tempore. Et ita illud ius accrescendi, non frustra, sed cum magno effectu ope-
181 randi, testatorem addere voluisse. Prout, † omnia verba testamentis exprimi cum effectu operandi, docet Bar. d. l. si quando, & Alex. cons. 26. vol. 2. Simon de Prær. de interpret. vltim. volun. lib. 2. sol. 5. nu. 1. & 2. effectus autē est magni momenti, sic intelligēdo. Quia per illam accuratam expresionem iuris accrescendi, inter mulieres in portionibus earum, tollitur illud dubium antiquum, An inter vsufructuarios verbis tantum coniun-
182 ctos detur ius accrescendi; Cum negatiua † opinio videatur magis de iure procedere, vt
183 † testatur Crot. ex Besutio, & alijs, in l. Re coniuncti nu. 43. ff. de leg. 3. & volunt omnes,

has

has mulieres, quibus portiones æquales sunt datæ esse tantum verbis coniunctas in omnibus bonis fruendis, in d. l. re coniuncti; Vnde per alterius præmorientiam potuisset dubitari, an portio deficiens D. Cornelio hæredi pleno iure, an alteri mulieri superuiuenti accederet. Ad tollendum igitur tale dubium, testator voluit addendo declarare, ius accrescendi, in portionibus datis per concursum D. Cornelij postea pleno iure instituti, futurum inter mulieres, non autem portionem deficienrs D. Cornelio accrescere, & sic quod deberet stare contentus de concursu pro semisse vsusfructus durante vita ipsarū mulierū.

184 Nec propterea prædilectio † in iure accrescendi eiusmodi, arguit nudam proprietatem datam D. Cornelio, quinimo contrarium, vt dictum est.

185 Preterea, † ex eo quod testator, postea Codicillis, viduitatis conditionem ademit, quā testamento vxori vsufructuariæ apposuerat, non potest sumi aliqua coniectura, quod nepoti nudam dederit proprietatem. Quinimo si coniectura aliqua est sumenda, erit pro nepote.

186 Nam cum † commune votum maritorum sit, vt vxores in uiduitate maneant in honorem mariti defuncti, & propterea etiam soleant relicta facere ne nubant, l. fin. C. ad leg.

187 Iul. Miscel. §. vnde sancimus, Auth. de nup. Quia † nubentes, eorum obliuiscuntur, §. Non tamen permittimus, Auth. de nupr. quinimo dicuntur negligere primum matrimonium, §. si vero expectet. ea. Auth. de nupt. Certe sublata eiusmodi conditio uiduitatis, potius coniecturam præbet pro nepote, sanguine sibi coniuncto, ut voluerit dimidiam fructuū habere per concursum; quā quod voluerit maritus, eo mortuo, cum alio marito, omnibus uxorem perfrui, in cōtemptum sanguinis ipsius mariti, & quilibet sanæ mentis potius, hoc arguet pro nepote, quam contrarium.

188 Adde insuper, illi † ablatiui absoluti (vsufructu prædicto durante, & eo extincto, hæredem proprietarium, in omnibus eius bonis, &c.) resoluti in conditionem, debent saltim momēto tēporis verificari, resoluti in suo sensu uero; donec durauerit vsusfructus prædictus postquam fuerit extinctus, uerificari debent, non tantum temporis momento, sed adhuc per temporis tractum. vt ait Corn. cons. 304. nu. 15. vol. 3. Simon de Prǽt. de interpret. vlt. volun. lib. 3. sol. 2. nu. 15. fol. 317.

189 Sed extincto † vsufructu vtriusque mulieris, nec momento temporis, nec tractu temporis, aut hæredes ipsarum mulierum, aliquot fructus de testatoris bonis possunt habere; Aut hic nepos est futurus nudus proprietarius, cum extinguatur usufructus, vna cum ipsis personis, quibus adhęret, §. finitur. Inst. de vsufr. ergo. Durante quoque usufructu earundem mulierum, non momento temporis, neque per tractum temporis hic Nepos erit nudus proprietarius.

190 Tanto † magis quia, dictio illa (&) eandem virtutem tribuit copulatis temporibus, durantis, & extincti usufructus. Simon. de Prǽt. eo. supra citat. tract. lib. 2. sol. 1. nu. 150.

191 & sol. 3. num. 99. Et quia illud verbum, instituit, æqualiter † Determinat vtrumque tēpus, & durātis, & extincti vsusfructus, l. Iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. Datq; illa adiectio (in omnibus bonis prædictis) atque illa (omni meliori modo iure) coniunctionē realem inter ipsas mulieres & nepotem. Quæ † ex initiali dispositione sua natura, tribuit ipsi

192 nepoti vsumfructum causalem, atque petitionem eius in totum, & in solidum, vnde in casu, non concursus mulierum foret locus iuri non decrescendi; Et fiunt partes inter ipsum & mulieres coniunctas, non ab initio, sed per concursum, l. vn. §. si uero non omnes. C. de caduc. toll. Besut. d. l. Re coniuncti. nu. 10. & alij scribentes, in eadem. l.

Vnde

193 Vnde † colligitur, quod ex prædictis verbis vsufructu autem prædicto durante, et eo extincto instituit in omnibus bonis, &c. testator disposuit in fauore sui nepotis, semper uniformi tempore de plena proprietate.

Adde, quod idem suadent illa verba, instituit proprietarium in omnibus bonis; cum idem sit dicere, bonorum proprietatem, & bona, ut supra late comprobatum est à nobis: vers. & quod idem sit dare rem, nu. 27. & seq. non repeto.

194 Nec dicatur, quod dictio illa, Autem, est separatiua. Quinimo † est copulatiua, seu dicas coniunctiua ordinis subiunctiui, vt etiam à grāmaticis didicimus, significat.n. quod nondum ex iam dispositione facta in fauorem mulierum, testator compleuit, quod voluit disponere, sed adhuc subiungit dispositionem sequentem in fauorem nepotis. Præterea si vis, quod stet aduersatiuè, satis aduersatur in hoc, quia præcedens dispositio est personalis, & temporalis, At verò nepotis, est vniuersalis, & perpetua in super nepos est hæres, & iuris successor, mulieres non sic, sed loco legatariarum habentur.

Item aduersatur in iure, quia hæres est proprietarius omnium bonorum, mulieres vsufructuariç eorundē, & ita licet aduersetur, propterea non separat illa dictio, cū verba ostēdant coniunctionem realem, quæ adduntur. cum dent totum integrale nepoti, & suffi-
195 cit, † Si aduersetur in aliquo dictio, Autem, ait Corn. cons. 100. nu. 7. vol. 3. Immo nō est necessarium, ut semper stet aduersariue, inquit ibid. Corn. d. nu. 7. vers. Nec obstat natura aduersatiue, vbi loquitur de dictione uero, & de dictione, Autem, & allegat l. 1. §. Hoc autem. ff. de nou. op. nunc. quæ optime probat, quod stat subiunctiuè, prosequitur enim I.C. de proposita materia subiungendo, quam intendit perficere, sicut & testator noster facit, & ita hęc dictio, Autem; sumitur pro subiecta materia, de qua uidendus Bar. in l. hoc amplius. §. De his autē. ff. de dam. infec. satis est, quod non stat separatiue in testamento de quo agimus, ut staret dictio. Alijs de qua supra diximus num. 172.

Adde, quod testator uoluit Nepotem hunc institutum in bonis, omnibus, rebus, iuribus, & actionibus.

196 Bona † autem dicuntur si prosunt, si bonificent, si bonū conferant, cū à beando sint dicta l. subsignatum. §. Bona. ff. de verb. sig. Filipp. Cassol. Regien. suo tract. de test. nu. 15.

197 Quod si † nudus esset hic nepos, nullum beneficium, nullum prodesse, nullum bonū consequeretur, durante vsufructu prædicto, vt voluit testator, sed toto abscendente vsufructu, inutilis esset proprietas, §. 1. Inst. de vsufr. ergo non nudum voluit, sed pleno iure.

198 Confirmatur † quia in materia testamenti, quæ venit late interpretanda, l. in testamentis, ff. de reg. iur. in relicto bonorum venit vsusfructus causalis, & habet locum. l. rem in bonis, ff. de acquir. rer. dom. Bar. in l. 1. nu. 2. ff. de vsufr. leg. & dixi supra non repeto.

Nec dicatur, quod hic nepos institutus in omnibus bonis perinde haberi debet, ac si esset institutus in hęreditate, quia vltra responsionē datā in primis allegationibus sup. n. 50.

199 Adhuc † ostenditur manifestissime, quod in casu nostro, testator non intellexit exprimendo bona pro hæreditate, sed eodē modo, prout supra dum de vsufructu loquebatur mulierum, nam cum supra mulieres vsufructuarias in ipsa generalitate omnium bonorū constituisset, subiunxit ex parte nepotis (vt patet in serie testamenti) quod eum hæredem
200 etiam facit in omnibus bonis, rebus, iuribus, & actionibus prædictis. Quæ dictio † prædictis, operatur repetitionem eorundem bonorum, rerum, iurium, & actionum, de quibus supra in dispositione ipsarum mulierum, iuxta suam naturā, Ripa in l. filiusfamilias, §. diui. nu. 111. ff. de leg. 1. Alba. cons. 29.

Et

Et repetit cum omnibus suis qualitatibus,& sic cum vsufructu, Alc. cons. 75. num. 10. vol. 3. lib. 9. qui inquit, ita communiter omnes doctores dicere in l. si cui. la 2. ff. de leg. 1. Cefal. cons. 43 2. num. 27. vol. 3. & expresśius cons. 419. nu. 35. & cons. 365. nu. 2. Dec. cons. 51. nu. 5. vol. 1. vbi dicit ita notare omnes in l. fin. C. de hæred. instit. & in l. qui liberis, §. Hæc verba. ff. de vul. & pupill. & allegat alios, vt per eum. Vnde cum instituerit nepotem in prædictis, bona, non intellexit pro hęreditate, sed prout fructus comprehendũt, sicut supra, ita respectu mulierum intellexerat testator.

201 Confirmatur † idem operatur propositum in proposito, quod operatur oppositum in opposito, l. & si contra. ff. de vulg. & pupill. l. si vt proprius. C. de nupt. Gallin. de verb. signif. lib. 9. cap. 14 nu. 12.

202 Sed relictum † vsusfructus omnium bonorum æquipollet relicto vsusfructus singularum rerum, glos. in verb. quoniam qui, l. quoties. §. vniuersorum. ff. de vsufr.

203 In opposito † igitur, relictum proprietatis omniũ bonorum, æquipollebit relicto pro-
204 prietatis singularum specierum. Relictum enim † bonorum, est relictum generalitatis, non vniuersitatis, Castr. in l. Hæreditatem, in glos. Nec obstat. ff. de donat.

205 Generalitas † autem bonorum continet res singulas, & singulas bonorum species, d. §. vniuersorum.

206 Sed † in relicto proprietatis singularum rerum, puta fundi, prædij, domus, certè datur concursus cum vsufructuario omnium bonorum, Becc. cons. 93. num. 9. Rol. cons. 8. nu. 31. vol. 2. Bar. in l. Sempronius Attalus. ff. de vsufr. leg. & in l. quæsitum. §. si quis fundum, in vlt. col. vers. si vero legatur. ff. de fund. instruct. Caualcan. qui testatur de communi in praxi seruanda suo tract. de vsufr. mul. rel. nu. 45. fol. 114. & 115. ergo in suo
207 † æquipollenti generalitatis proprietatis omnium bonorum relictorum, idem erit, vt detur concursus cum vsufructuario omnium bonorum, ex dispositione. l. si alij.

Adde illam clausulam subiectam institutioni nepotis, & filiorum eiusdem post eum, ibi (omni meliori modo, iure, uia, causa, & forma, quibus magis, & melius, validius, & efficacius fieri potuit, & potest) ex qua tollitur omnis difficultas, & rem pro nepote reddit in tuto. In qua primo supponendum, quod illa non potest referri ad mulieres ipsas vsufructuarias, quia eorũ dispositio habet suam clausulam cum sua enunciatione perfectã, sub suo verbo, voluit, ibi, eius hæredes vsusfructuarias esse voluit, vt legitur in serie suprascripta ante primas nostras allegationes, nu. 1.

Et supponendum quod ipsa clausula refertur ad institutionem nepotis, & filiorũ eius,
208 cum sit sub vnico illo uerbo (instituit.) Clausula enim uni apposita enunciationi illi tantum enunciationi refertur, non autem alij, Abb. cons. 75. num. 2. lib. 2. ex mente Bar. ut ibi per eum.

209 Secundo est † supponendum, quod verbum illud (instituo) cum referatur & ad nepotem, & ad eius filios, facit orationem vnam tantum, licet resoluatur in primam institutionem respectu nepotis, & in substitutionem vulgarem respectu filiorum nepotis, vt docuit Ias. in l. re coniuncti, ff. de leg. 3. quam nouiss. Bononien. ibi dicunt esse communiter receptam, & eandem etiam ponit Ias. cons. 134. vers. nam aduertendum, vol. 1. & Bursat.
210 cons. 104. nu. 7. lib. 1. & hoc non habet dubium, quod † ex vnico verbo enunciante, dicitur enunciatio vna, & capitulum vnum, prout ad hoc Burs. ibidem multa allegat.

Vnde, & tertio supponendum venit, quod illa clausula, sub illa vnica enunciatione, & verbo, instituit, posita, refertur & ad nepotem, & ad filios nepotis, quia hæc est regula,

211 quod † clausula eiusmodi referatur ad omnia, sub illa enuntiatione comprehensa, Boer. decis. 146. num. 2. vbi ait omnes doctores ita tenere post. Bar. in l. Talis scriptura. §. fin. ff. de leg. 1. & in l. 1. vbi etiam Bal. & Salic. Cod. de liber. præt. Corn. cons. 62. nu. 5. vol. 2. vbi in terminis nostræ clausulæ loquitur.

212 Quæ † regula omnino seruanda est, vbi non potest reddi ratio diuersitatis, cur magis ad vnum, quàm ad alterum referatur, vt tradit Felyn. in cap. Causam quæ in materia clausulæ relatiuæ, limit. 2. vers. facit, quod notat Dominicus, extra de rescript.

Et in casu nostro non potest reddi ratio, cur illa clausula referatur ad nepotes filios, &

213 non ad nepotem. † Quinimo totum contrarium, quia nepos est primo loco institutus, & est testatori in gradu proximiori, quàm sint nepotis filij substituti vulgariter, & sic minus dilecti, quàm nepos, vt egregiè Castrens. ait cons. 455. nu. 1. vol. 2.

Quarto supponendum, quod eiusmodi clausula est in hac testamenti serie bis apposita, primum in supradicta institutione nepotis, deinde infra inter clausulas salutares, vt patet ex lectura testamenti.

214 Illa † quidem posita inter clausulas generales, est ex stilo, & consuetudine notariorum, & ideo ad eorum libitum potest apponi, & in ea potest scribi sic, omni meliori modo, &c. Illiusq; natura est, vt referatur ad omnia in testamento disposita, illa sanè omnia confirmando, sed non alterando, nec porrigitur ad ea, quæ non ueniunt ex natura principalis dispositionis, Paris. cons. 12. num. 69. & 79. vol. 1. Ripa in l. 1. §. si quis ita ff. de. verb. obligat. Cephal. cons. 23. num. 120. cum seq. vol. 1. Simon de Pręt. cons. 203. nu. 39. Rimin. Iun. cons. 358. num. 24. cum seq. vol. 4.

215 At ipsa † clausula, omni meliori modo, à notario institutioni, apponi non debet, quia

216 † omnia institutionis verba pertinent ad testatorem, non ad notarium, vt dixi supra in primis allegationibus, & dicit esse indubitandũ Simon de Præt. de interpret. vlt. vol. lib. 3. fol. 1. nu. 2. in fin. Et in terminis, quod verba institutionis non pertineant ad notarium. Respondet Decian. cons. 51. num. 18. vol. 1. & repetit cons. 122. num. 17. uol. 3. vbi ait esse reprehendendos eos, qui dicunt contrarium. Et notarius non debet institutioni ap

217 ponere eiusmodi clausulam † (omni meliori modo) quia importat omni pleniori modo, & iure, quo testator potuit in præteritum, & potest ad præsens cum testatur ait idẽ Decian. cons. 34. num. 81. vol. 3. vbi allegat, vt per eum.

218 Quia † sibi fabricaret, ad gehennam, addendo verba dispositionibus præter mentem testatoris ex suo capite, vt docet Ferrar. caut. 2. per totum, & in terminis huius materię, addendo verba, quę important pleno iure, ponit, caut. 32. vbi etiã adest additio ad hoc.

Et ego addo, quod si notarius posset per testes, aut alio legitimo modo conuinci de tali fraude, & falsitate, puniendus veniret de falso.

219 Hęc † enim clausula addita dispositioni, non post disposita, confert in fauorem honorati, quicquid testator potuit conferre, Simon illo tract. lib. 2. fol. 4. num. 34 vers. octauus est casus, fol. 128. habet enim virtutem alterandi, ait ibidem num. 29. vers. Quintus est effectus.

Vnde famosissimus Dominus Hippolytus Riminaldus Dominus meus, & maior ho-

220 norandissimus dixit, † quod hæc clausula addita dispositioni facit donationem causa mortis, donationem irreuocabilem inter viuos, si dicat Dono causa mortis omni meliori modo, quia melior est modus donationis inter viuos, quàm causa mortis reuocabilis. Ita illo suo celebre commentario Inst. de donat. in princ. num. 353. Sextus est casus.

Et

221 Et operatur † hæc clausula, vt dispositio dicatur facta pleno iure, ait Ruyn. cons. 47. num. 20. vol. 2. & Caualc. eo. suo tract. num. 227. fol.435.& num.75.fol.240.& ponit Decian.d.cons. 34 num. 81. vol. 3.

Ex his igitur patet, quod cum hic nepos fuerit institutus omni meliori iure, & modo, quo testator efficacius potuit, quod cum melius ius sit plenum, quàm nudum, quod
222 institutus pleno iure habendus est. Et † ita vt habeat concursum cum mulieribus vsufructuarijs, prout ita respondet Alex. cons. 56. num.2.vol.3. quod Crass. suo tract. de succes.§. legatum, quęst. 24 num. 11. testatur esse communiter receptum.

Adde, quod etsi ex parte mulierum vsufructuariarũ sit repetitum eas esse omnium bo
223 norum vsufructuarias,inde non infertur, ex † dictione illa (omnium) esse datum totum, & integrum vsumfructum. Quia & nepos pariter in omnibus bonis est institutus,& cũ clausula pleno iure, ex qua etiam daretur concursus, sicut cum simpliciter in bonis dispositiones factæ essent, vt ait Caualc. in repet. suarum decis. in verb. vsusfructus,l'vltimo, vbi ait ita fuisse iudicatum.

Stat enim ex reali coniunctione, vt nepos sit in omnibus bonis institutus, & mulieres sint omnium bonorum vsufructuariæ,quæ realis coniunctio tribuit petitionem ab initio omnium ex vtraque parte, sed postea per concursum in exequutione fuint partes, vt per Bar. & alios,in d.l.re coniuncti.

Dictioq; illa (omnium) non importat totalitatem,vt aiunt,vsusfructus, nec est distributiua solidi in multis,sed est dictio collectiua, glosa notab. in verb. sed omnes,in l.si pluribus hęredibus.in princ.ff.de leg. 1.vbi dat exemplum,omnes baiuli portant trabem, cõcurrendo,sed non singuli solidum portando.

Et quod dictio (omnium) non importet totum, & integrum vsumfructum ad exclusionem concursus,est communis opinio,vt tradit Rol. à Val.cons. 8. nu.36. vers.& licet. Et in terminis idem respondet Picus doctoribus Mediolanen. arguentibus ex ipsa dictione (omnium) quæ nihil excludit in l. Titia.§.Titia cum nuberet,nu.26. ver. & ita dicebam anno præterito. ff. de legat. vbi addit non sufficere ad exclusionem concursus dictione (omnium) ex parte vsufructuarij, sed addendum ex parte proprietarij, deducto vsufructu . iuxta dispositionem.l.si alij. Et Caual.d.suo tract.nu. 62. in terminis ait, dictionem (omnium) non sufficere ad remouendum concursum, sed debere addi totum vsumfructum integrum,sine diminutione,liberum, plenũ. Et in serie testamenti nostri nullum ex dictis uerbis est à testatore appositum.

224 Cumq; † institutus in omnibus bonis, cõcurrat cũ instituto in vsufructu omniũ bonorum,quia militat ratio l.si alij,& l.Sempronius Attalus,§.fi.ff. de usu & usufr. legat. & l. si proprietas.ff.de usufr.accresc. ut ait Rim. sen.cons.411.uol.3.cui subscribit Reuerendiss. Mantica d.suo tract.lib.9.cap.6.nu. 20.in fin.& hic casus non habeat contradictorem, & sit casus noster in terminis, & cum uerbis prægnantibus supradictis, certe nulli dubium, Nepotem hunc habere concursum cum mulieribus pro dimidia.

Ratio .n. totius integralis hoc casu adest, vt ait Bero. cons. 35.num.10. supra allegato.

Et idem importat instituere proprietarium in omnibus bonis,& instituere simpliciter in bonis,ut larissime supra est ostensum.

Et uerba sunt curanda, non titulus in hac materia, ut supra etiam est demonstratum.

225 Nec dicatur, † quod instituere in hæreditate, & instituere in bonis idem sit, quia hoc est penitus à veritate alienum, & Ruynus summus Monarcha legum, demonstrat dicẽs.

226 Interrogatus † à stipulante de generalitate, puta de bonis, seruis, ouibus, rebus, si respõdeat de prædio Semproniano, de Titio seruo, de oue illa alba, aut de alijs certis speciebus, is vtiq; in ea causa est, ut obligetur. Bar. in l. 1. §. fin. ff. de verb. oblig.

227 Quia † de generalitate interrogatus, perinde habetur, ac si esset interrogatus de singulis generis speciebus.

228 At si † fuerit interrogatus de hæreditate Titij, de peculio serui, aut de dote filiæ, & respõdeat de vna re hæreditaria, aut de vna re peculiari, seu dotali, non contrahetur obligatio, quia tunc responsio non dicitur facta ad interrogationem, sed de alia re diuersa
229 ab ipsa hæreditate, peculio, dote, de quibus fuit interrogatus, nam † Aliud est hæreditas, peculium, dos, grex, aliud res hæreditaria, peculiaris, dotalis, & singula capita gregis. ita Ruyn. consi. 40. & 35. vol. 2. Bart. in Rub. ff. sol. mat. quem sequuntur alij, Campeg. suo tract. de dote in prima parte, q. 4. num. 2. Quod argumentum soluat, qui potest.

Et si res ita se habet in stipulatione, quæ est stricti iuris, fortius erit in vltima voluntate, vbi fit plenior interpretatio, l. in testamentis. ff. de reg. iur.

Et in testamento nostro, cum bona sumantur, eo modo, quo in dispositione facta
230 in fauorem mulierum, ut supra dictum est, vt ostendit dictio, prædictis, † Et ex parte ipsarum, cum bona sub se comprehendãt corpora, vt ostendunt illa verba (mobilibus, &
231 immobilibus) Quod † etiam est ex natura vsusfructus, vt ait Imperator Inst. de vsufruc. in fin. principij, ibi, est autem ius in corpore, &c. ergo. Ex parte nepotis, bona summuntur, vt differunt ab hęreditate, quæ rationes ita apparẽt firmę, vt nullo pacto tolli possint.

232 Et errore † labuntur, qui putant nudam esse datam proprietatem nepoti, verbis exuberantibus, & plenissimis, totũ integrale importantibus, de quibus in ipsa serie testamenti, prout ita etiam testatorem errore lapsum dicit I. C. in d. l. si alij. Cuius voluntas alias lex est in disponendo, l. Verbis legis, ff. de verb. signif. §. Disponat, Auth. de nupt. debuit enim dicere deducto vsufructu instituo, aut in nuda proprietate, aut similibus verbis, vt supra declarauimus.

233 Et quod † expressio eiusmodi bonorum, vlterius operari habeat, quam si hic nepos
234 fuisset simpliciter institutus hæres, probatur à simili. † Vxor instituta hęres vsufructuaria cũ expressione omniũ bonorũ, & filio instituto hærede simpliciter sine expressione bonorũ, non habet alimenta tantũ, ex cõsuetudine Bulgari, sed plenum vsumfructum, & integrum, & filius deducta legitima, in reliquis habebit nudam proprietatem, vt quilibet extraneus, Reuerendiss. Mant. suo tract. de coniect. lib. 9. tit. 7. num. 24. vers. Tertio colli-
235 gitur. Quod † Si vxor sit instituta in vsufructu, & non fiat expressio bonorum, habet tãtum alimenta, Bero. consi. 34. num. 17. 18. 19. 20. vers. Adde quod refert, & uersi. secũdo dubitatur, & supra diximus.

236 Insuper † Si filius sit institutus hęres in omnibus bonis, & sic cum expressione bonorum, & vxor sit instituta hæres vsufructuaria in omnibus bonis, tunc quia ex expressis in testamento, testator ostendit id, ad quod potest fieri relatio coniunctionis inter vxorẽ,
237 & filium, pro † vt talis coniectura ex expressis in testamento, & non ex non expressis colligi debet, ait Bero. d. consi. 34. num. 18. vers. Adde quod refert in fin. eo casu filius deducta legitima, postea in reliquis concurret pro dimidia cum vsufructuaria omnium bonorum, quia militat ratio l. si alij; nam per illam expressionem bonorum filio est datum totum integrale, inquit in consi. 35. num. 10. allegando etiam Bar. vt per eum.

Cui etiam adde Bar. consi. 33. num. 2. quem supra allegauimus, vbi substitutus in om

nibus

nibus bonis, concurrit cum vsufructuario omnium bonorum, ex d.l. si alij, quæ omnia optime militant ad casum nostri nepotis.

238 Et † bonorum appellatione, ne dum vsusfructus causalis rerum venit, sed etiam formalis, vt cum alicuius bona venduntur, tex. notab. in l. In venditione, ff. de bon. Auth. Iud. poss.

239 Addo † exceptio firmat regulam in casibus nō exceptis, l. Nā quod. §. fin. ff. de pen. leg.

240 Sed in iudicio communi diuidundo, & fam. erciscun. si vni dentur bona, uel bonorum proprietas, alteri vsusfructus eorundem, non datur concursus in vsufructu ex ratione illa speciali, quia constat de mente iudicantis, ex eo quod est electus, vt diuidat, non autem, vt communicet, ait glos. in verb. communicari, quæ est notabilis. in l. & puto. §. Iulianus. ff. fam. ercisc. & dixi suprà num. 38. vers. iungo textum, ergo regula erit in contrarium, vt cum non constiterit de mente diuidere volentis, dicatur coniunxisse, &

241 ita esse concursum; Tanto magis, in casu nostro, in quo sumus in Nepote † hærede vniuersali, qui censeri debet magis dilectus, quàm vxor vsufructuaria, transitura ad alias nuptas ex virtute Codicillorum, quibus est sublata conditio viduitatis, vt tradit Caualc. suo tract. num. 107. & diximus in primis allegationibus. num. 48. & 49. & Io. Bottæ

242 cons. 13. num. 24. vsque ad num. 29. ait † in testamentis appellatione bonorum, venire vsumfructum causalem.

243 Et cauendum † quod ex disiunctione verbali hujus nepotis, in sua institutione à mulieribus vsufructuarijs, non arguitur disiunctio in concursu, illum enim causat realis cōiunctio sola secundum Bart. in l. re coniuncti. num. 10. ff. de leg. 3. vbi omnes non insisto, quia hoc est indubitatum.

244 Et † cauendum, quod si testator dixisset, instituo Nepotem in possessione bonorum, forte potuisset significari vniuersalis successio prætoria, puta secundum tabulas, vt toto titulo. Inst. de bon. poss. & ff. eo. & §. fin. Inst. per quas person. nob. acquir. Tamen in testamento nostro, non sic loquutus est testator, sed successionem vniuersalem significauit, per verbum (hæredem) positum in serie sua. Per verbum autem, In bonis intellexit de corporibus, idest mobilibus, & immobilibus, vt supra diximus, quia de iuribus

245 specialiter est loquutus, addendo rebus, iuribus, & actionibus. † Quapropter vndecunque constat, verbum (bona) in hoc testamento, non posse pro hæreditate sumi. Sed naturaliter, quia prosunt, quia beant, vt diximus supra.

Et ex supra consideratis facili negotio tolli poterunt omnia, quæ aduersus nepotem hunc testatoris, & fratrem meum D. Cornelium in contrarium adducta sunt, aut adduci possunt. Quibus etiam deinceps sigillatim dabimus responsum.

LAVS DEO.

Ioannes Matthaeus Canalis I. V. D. addebat.

PRO EODEM NEPOTE.

FAMOSISSIMI I. V. D. HYPPOLITI RIMINALDI RESPONSVM.

SVMMARIVM.

1 *Riminaldus requisitus, vt quod in casu currenti iuri sibi consonum videretur, proferret.*
2 *Idem diligenter perpendit scripta in eodem casu per Canalium.*
3 *Nepos sororis dicitur extraneus hæres Auunculi, qui eum instituit.*
4 *Extranei hæredes instituti, non concurrunt in vsufructu cum testatoris vxore relicta vsufructuaria omnium bonorum, ex communi opinione.*
5 *Baldi verba, in l. fin. C. de indict. vid. tollen. perpenduntur.*
6 *Institutus hæres pleno iure concurrit in vsufructu cum vsufructuario omnium bonorum.*
7 *Idem est instituere pleno iure, ac instituere in proprietate, & vsufructu.*
8 *Vsufructu omnium bonorum constituto vxori donec vixerit vidua, inducitur vsusfructus annuus, non vnicus.*
9 *Vsufructuarijs æquis portionibus institutis per coniunctionem tantum verbalem eiusmodi, non est locus iuri accrescendi inter eos in vsufructu, si id expresse non disponit testator.*
10 *Quod vni datur, alteri censetur ademptum.*
11 *Si testator dicat simpliciter, Titium instituto hæredem, & vxori meæ vsumfructum omnium bonorum meorum relinquo, Titius ex quo nulla, nec generalis, nec specialis mentio bonorum hæreditarium à testatore facta est, non concurrit cum vxore in fructibus.*
12 *Hæreditatis, & hæredis verbum est vniuersale repræsentans quodam corpus fictum, diuersum à singulis corporibus hæreditarijs.*
13 *Hæreditatis verbo, non dicitur facta expressio generalis, vel specialis, corporum hæreditariorum.*
14 *Institui hæres simpliciter, & institui hæres in omnibus bonis, mobilibus, & immobilibus, iuribus, actionibus, sunt duo casus separati, & distincti, nam primo casu, verbo tantum vniuersali institutio est concepta, secundo vero casu, etiam verbo generali.*
15 *Illud verbum, in omnibus bonis, dicitur verbum generale.*
16 *Verbo generali, omnium bonorum, intelligun tur omnia, & singula corpora, & iura hæreditaria expressa, & specificata generaliter.*
17 *Interrogatus generaliter, puta, An promittat seruos, si respondeat Stichum promitto, contrahitur stipulatio in sticho.*
18 *Interrogatus de genere, dicitur interrogatus de singulis, sub genere contentis.*
19 *Verba generalio non significant corpus fictum, differens à singulia corporibus generis.*
20 *Institutus in genere in omnibus bonis, perinde habetur, ac si esset institutus hæres, in tali fundo, in tali Domo, & in alijs singulis bonis.*
21 *Vsusfructus causalis est pars integralis corporum, in quibus hæres generali verbo est institutus, & ideo fructus eorundem corporum diuiduntur inter hæredem, & vsufructuarium eorundem, sicut diuiduntur inter vsufructuarium fundi, & proprietarium eiusdem, quia vtroque casu est eadem ratio.*
22 *Ruyn. cons. 109. num. 11. vol. 2. & Cast. cons. 218. in nouis, loquuntur in casu hæredis instituti simpliciter.*
23 *Hæreditas stat sine vsufructu, quia consistit in iure, et potest esse sine aliquo corpore, ideo vsufructuarius, hærede simpliciter instituto, habet totum vsumfructum.*
24 *Ruy. cons. 35. vol. 2. allegatur pro nepote.*
25 *Rimin. Sen. cõs. 411 allegatur pro hoc nepote.*
26 *Vsufructu omnium bouorum relicto generaliter*

ter vxori, & pluribus bonis particulariter relictis quibusdam, datur concursus in fructibus bonorum, specialiter relictorum inter vxorem, & eos, qui habent particularia relicta, ex dispositione l. si alij.

27 Si legatarij particulares concurrunt in vsufructu cum vxore vsufructuaria generali omnium bonorum in rebus particulariter legatis, ergo à maiori hæres vniuersalis institutus in omnibus bonis debet concurrere cum vsufructuaria instituta in vsufructu eorundem bonorum, ait Rim. Sen. hic citatus.

28 Filia instituta in omnibus bonis, & matre instituta in vsufructu omnium bonorum cõcurrunt in fructibus, ex dispositione l. si alij.

29 Rimin. Sen. d. conf. 411. loquitur in terminis precise, & ad vnguem huius nepotis, de quo agitur.

30 L. si alij habet locum inter hæredem institutũ in omnibus bonis, & legatarium vsusfructus omnium bonorum, quia militat inter eos ratio d. legis.

31 Legatis certis prædijs, vel proprietate certarum rerũ relicta, vel proprietate omnium bonorũ relicta, vsufructu omnium bonorum vxori relicto, ex ratione l. si alij, datur concursus.

32 Filijs institutis, & vxore relicta usufructuaria, si constat ex coniecturis mentem testatoris fuisse, eam esse vsufructuariam in totũ, non autem habere alimenta, voluntas testatoris attenditur, vt sit vsufructuaria.

33 Quando ex coniecturis colligitur, quod testator voluit hæredem participare de vsufructu, tunc hæres cum vxore vsufructuaria omniũ bonorum concurrit.

34 Contrariorũ eadem est disciplina, & contraria ratio, & contrarius effectus.

35 Quod operatur propositum in proposito, idem operatur oppositum in opposito.

36 Sub verbo, rebus, comprehenditur vsusfructus.

37 Sub verbo, iuribus, cõprehenditur vsusfructus.

38 Prædictis, dictio, est relatiua præcedentium, cum omnibus suis qualitatibus.

39 Vsufructuaria constituta in omnibus bonis si instituatur hæres in bonis prædictis, dictio prædictis, significabit hæredem institutum in eisdem bonis qualificatis cum vsufructu.

40 Inductio textus in l. si alij, pro nepote de quo agitur.

41 Oportet verbum, denotat necessitatem.

42 Vxore relicta vsufructuaria omnium bonorum, & relictis certis prædijs alijs personis, tales personæ concurrent in vsufructu cũ vxore in illis prædijs, si testator non dicat, deducto vsufructu, prædia relinquo, non obstante, quod dixerit, omnium bonorum vsumfructum vxori relinquo.

43 Qui omne dicit nihil excludit.

44 Si testator dicat, lego Titio prædia mea, & volo quod vxor habeat vsumfructum dictorum prædiorum, Titius, & vxor concurrent in vsufructu ex l. si alij, si non addat, deducto vsufructu, prædia lego.

45 Institutis mulieribus vsufructuarijs omnium bonorum, & instituto hærede omnium bonorũ eorundem, si non addatur, deducto vsufructu, erit concursus ex dispositione l. si alij.

46 Argumentum à relicto particulari, ad relictum generale valet, secundum Ruyn. hic allegatum.

47 Argumentum de parte ad totum valet.

48 Bona dicuntur eo quod beatos facit.

49 Beare, prodesse significat.

50 Beati diuites, quia cæteris possunt prodesse.

51 Bona licet quem nobilem non faciant, tamen sunt causa remota nobilitatis conseruandæ, & acquirendæ.

52 De diuitijs Horatij Carmina.

53 Proprietas reputatur inutilis, remoto vsufruc.

54 Bonorũ appellatione venit vsusfructus. f. causalis, qui est in bonis nostris accessoriè.

55 Vsusfructus formalis, respectu prædij seruientis non dicitur esse in bonis nostris.

56 Vsusfructus causalis, respectu prædij dominãtis, cuius ẽ accessio, dicitur esse in bonis nostris.

57 Donato vel legato prædio, accessione venit causalis vsusfructus, qui dicitur esse in nostris bonis.

58 Insti-

58 *Instituendo testator hæredē in omnibus bonis, transfert dominium prædiorum, domorum, & similium.*

59 *Hæredes veteres pro dominis appellabant.*

60 *Bonis relictis, quorum testator dominiū habet, venit usufructus causalis, ut qualitas in subiecto.*

61 *Clausula omni meliori modo, non solet restringi ad casus specificatos, sed latius porrigitur.*

62 *Clausula prædicta operatur, ut disponens videatur actum facere voluisse, non pro ut fit, sed eo modo, quo de iure melius fieri potest.*

63 *Clausula eadem operatur, quod si modus expressus est ineptus, subsstineatur alio modo, qui apte subsit, licet expressus non fuerit.*

64 *Clausula eadem confert in fauorem honorati, quicquid testator potuit conferre.*

65 *Dominus Simon de Pratis fuit consiliarius iustitiæ Serenissimi Ducis Ferrariæ.*

66 *Clausula prædicta operatur, ut dispositio sortiatur plenum effectum.*

67 *Ex eadem clausula non deducitur trebellianica, quia si deduceretur ex clausula prædicta, dispositio non sortiretur plenum effectum ex voluntate testatoris, quæ per eam colligitur.*

68 *Institutus hæres cū eadem clausula, si non cōcurret, cum usufructuario omnium bonorū, institutio, non sortiretur plenum effectum.*

69 *ubi agitur de testamento, & institutione facta in eo in fauorem instituti, venit interpretanda plenius.*

70 *Sanguinis coniunctio operatur, ut institutio facta de sanguine coniuncto sit interpretanda latè, & plenius.*

71 *Proprietarij adiectio facta in institutione nepotis de quo agitur, non impedit concursum in usufructu.*

72 *L. si proprietas fundi, ff. de usufr. accresc. procedit, & in particularibus, & in generalibus relictis, sicut, & l. si alij, quia est eadē ratio.*

73 *Non est curandum de diuersitate casuum, dum modo omnibus casibus eadē ratio conueniat.*

74 *Ratio debet attendi, tanquam lex communis, ad omnes casus.*

75 *Omnium (dictio) ex parte usufructuariarum non impedit concursum, nepotis hæredis, de quo agitur.*

76 *Dictio, omnis, est collectina multorum, non autem distributiua.*

77 *Cum dicitur omnes ferunt lapidem intelligitur simul, & collectinè, non autem, quod singuli insolidum, secus si diceremus quemlibet ferre lapidem.*

78 *Dictio, omnis, licet sit collectina, tamen non attribuit actum cuilibet in solidum, sed tantum proportionibus singulorum.*

79 *Tolluntur contraria.*

80 *Cōmunis opinio illa, quod institutis extraneis, uxor usufructuaria omnium bonorum habet totum usumfructum, procedit ad differentiā alterius casus, cum institutus est filius, in quo ex consuetudine bulgari habet uxor tantum alimenta.*

81 *Item eadem communis procedit, instituto hærede simpliciter, sed non procedit, si instituatur in omnibus bonis, rebus, iuribus, & actionibus, expressis verbis, tunc enim bene concurrit.*

82 *Reuerendiss. Manticæ opinio in casu Ruyni repellitur ab Autore, post Canalium, suo cons. num. 28. cum seq.*

83 *Non est vero simile in casu præsenti, testatorē hunc nepotem voluisse nudum proprietariū, ex his, quæ considerantur, hic nec aliter autor sibi persuadere potest.*

84 *Præsumptiones non sunt, de non verisimilibus.*

85 *Sicut institutus pleno iure est sub dispositione l. si alij, ita etiam erit is, qui est institutus verbis, quæ tantumdem pollent.*

86 *Institutio facta in omnibus bonis, rebus, iuribus, & actionibus, æquipollet institutioni factæ pleno iure.*

87 *Relicta uxore usufructaria explicite in omnibus bonis, mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, relictum non potest restringi ad alimenta.*

88 *Neque instituto nepote in omnibus bonis, mobilibus, immobilibus, rebus, iuribus, & actionibus,*

actionibus, debet fieri restrictio ad nudam proprietatem.

89 *Si vxor fauore filiorum censeatur ex Bulgari consuetudine alimentaria, bonorum mutatione facta, per transitum ad Fiscum, vel extraneos, mulier efficietur vsufructuaria, quia eius relictum est annuum, non vnicum.*

90 *Quod non est mutatum, cur stare prohibetur?*

91 *Facto legato prius fundi Titiani, & postea facta aliqua detractione de eo, & adiectione alteri fundo Mauiano, pars destinata Mauiano, censetur adempta à Titiano.*

92 *Per relictum praecedens factum mulieribus in omnibus bonis, non dicitur facta ademptio vsusfructus à nepote, postea instituto in eisdẽ bonis, quinimo per subsequentem institutionẽ, sic factam, cẽsetur ademptus vsusfructus mulieribus pro parte dimidia, per concursum instituti.*

93 *Ademptio est priuatio, quae priuatio praesupponit habitum praeexistentem.*

94 *Carmen. Heu patior telis vulgera facta meis.*

95 *§. I. Inst. de vsufr. loquitur in haerede simpliciter instituto.*

96 *Ex quo haereditas consistit in iure abstracto à proprietate, & vsufructu, cum possit esse sine corporibus haereditas, ideo haeres institutus simpliciter, non concurrit cum vsufructuario omnium bonorum.*

97 *Fundi appellatio continet proprietatem cũ fructibus, & altero sublato, non dicitur fundus, sed vel vsusfructus formalis, vel nuda proprietas.*

98 *L. si alij, non habet locum in haerede simpliciter instituto, ita Beccius intelligendus.*

99 *L. si alij, habet locum in instituto haerede cum expressione in omnibus bonis, mobilibus, immobilibus, rebus, iuribus, & actionibus, maxime addita illa clausula, omni meliori modo.*

100 *Conclusio pro nepotis concursu in semisse, & subscriptio consulentis.*

AVXILIVM MEVM A DOMINO.



ESTATOR in omnibus eius bonis mobilibus, & immobilibus, rebus, iuribus, & actionibus, praesentibus, & futuris, eius haeredes vsufructuarias esse voluit vxorem suam, donec vixerit vidua, & sororem ipsius testatoris; Vsufructu autem praedicto durante, & eo extincto haeredem proprietarium in omnibus eius bonis, rebus, iuribus, & actionibus praedictis instituit, & esse voluit D. N. ex eius sorore nepotem, & post eum eius filios omni meliori modo, iure, via, causa, & forma, quibus magis, & melius, validius, & efficacius fieri potuit, & potest; Qui casus mihi transmissus fuit ex ciuitate Bononiae, & quaesitum nunquid dictus nepos faciat in vsufructu partem cum vxore, & sorore dicti testatoris. Exhibitumq; mihi fuit quoque consilium pro nepote praedicto, satis elegẽs, & doctum celeberrimi Iu-
1 risconsulti D. Io. Matthaei Canalij, vt † quod mihi iuri consonum videretur in medium proferrem.

2 Igitur serie facti † diligenter animaduersa, caeterisq; scriptis per D. Consultorem super hoc articulo, qui depẽdet à l. si alij. ff. de vsufr. legat. quique satis cõtrouersus est, & secundum varietatem casuum, varij fuerunt doctores, & aliqui sibi ipsis contrarij, quos refert Rol. à Vall. cons. 8. nu. 36. vol. 1. visa fuit mihi in primis sententia praedicti domini con-
3 sulentis dubia; cum enim testator filios non haberet, & institutus fuerit ab eo nepos † sororis extraneus, iuxta tex. in l. vnica. §. extraneum. C. de rei vx. action. & in §. caeteri. Inst.
4 de hęred. qual. & differ. succedere videtur communis doctorum conclusio, † quòd quotiẽs vxor à marito testatore relicta est vsufructuaria omnium bonorum, institutis haeredibus

extraneis, vxor debet habere vſumfructū ſuper omnibus bonis teſtatoris, & hæres ſecum non concurrit in vſufructu. Sicq; l. ſi alij. ff. de vſufr. leg. locum non habet. ita tradunt doctores in Auth. hoc locum. C. ſi 2. nupſ. mulier. Bar. Bal. Imol. Caſtren. & alij in l. Titia, §. Titia cum nuberet. ff. de leg. 2. potiſsime Pic. q. 21. num. 63. vbi facit regulam generalem, quod inter hæredem, & vſufructuarium omnium bonorum non datur aliquis concurſus, ſed vſufructuarius omnium bonorum, in totum habet vſumfructum in omnibus bonis, ſiue ſint mobilia, vel immobilia, per l. generali. §. vxori. ff. de vſufr. leg. hácq; concluſionem tenet Caſtren. conſ. 304. conſiderandum. col. fin. & conſ. 389. quod vxor col. 2. in antiq. alias. 218. vol. 1. in nouis, Angel. conſ. 115. & conſ. 147. Alex. conſ. 40. col. 1. vol. 1. & conſ. 57. vol. 3. Soc. conſ. 2. & 3. vol. 4. Corn. conſ. 187. vol. 2. & Dec. côſ. 418. quos adducit Pariſ. conſ. 94. num. 33. & 34. vol. 2. qui communem teſtatur dicens ex eā patere, quod d. l. ſi alij, non procedit reſpectu hæredis inſtituti, quod ipſe concurrat in vſufructu cum vxore relicta vſufructuaria, ex quo integer vſusfructus debetur vxori, non autem pro medietate, & licet Bal. in l. fin. C. de indic. vidu. toll, col. penult. voluerit, quod filijs nō extantibus vxor vſufructuaria non habeat vſumfructū in ſolidum, ſed pro parte, per d. l. ſi alij, tamen eum reprehendit Caſtren. in d. conſ. 389. rationibus de quibus per eum, quem ſequitur Pariſ. loco citato, & latius Ruyn. conſ. 190. nu. 11. vol. 2. qui cū

5 videri poſsint eos non tranſcribo. † Sed bene non omitto ad intellectum Baldi in d. l. fin. quod quando dixit, caue tibi, quia vxor non habebit vſumfructum in ſolidum, ſed pro parte, loquitur quando maritus eam reliquit dominam, maſſariam, & vſufructuariam, nec vltra proceſsit, qualis non eſt caſus noſter, poſtea ſubiungit diſtinctionem Oldradi, & Nicolai de Matarel. & in primo capite dicit, quòd ſi maritus reliquit vxori vſumfructū omnium bonorum, & liberos nō habebat, ſed extraneos inſtituit, qualis eſt caſus noſter, mulier habebit vſumfructum in omnibus bonis teſtatoris, l. vxori meæ. ff. de vſufr. leg. quaſi ſentiat hoc caſu Bald. tales extraneos hæredes in vſufructu non concurrere. Tantoq; magis cum teſtator inſtituerit dictas mulieres vſufructuarias, ne dum in omnibus bonis, ſed plus addiderit, mobilibus, & immobilibus, rebus, iuribus, & actionibus, vt ponderat Gozadin. conſ. 47. ſub nu. 5. & vt ibi latius per eum: Vnde qui Baldum taxarunt in d. l. fin. vt Caſtren. & Pic. quos refert Pariſ. in d. conſ. 94. nu. 34. non bene guſtarunt diuerſitatem caſuum prædictorum.

Secundo confirmari poſſe videtur hæc concluſio contra nepotem ex Alex. conſ. 56.
6 vol. 3. vbi ſi teſtator † inſtituit hæredes in omnibus bonis pleno iure, & reliquit vxorem vſufructuariam omnium bonorum, tunc hæredes concurrunt in vſufructu propter illam inſtitutionem ſuam factam pleno iure, ſequitur Piç. in d. §. Titia. q. 21. in princ. & Pariſ. in d. conſ. 94. nu. 40. ſentientes ſecus eſſe ſi inſtitutioni hæredum in omnibus bonis non fuiſſent adiecta illa verba, pleno iure. & ita clarius explicat Cur. iun. conſ. 47. nu. 9. dicens, quòd ſi teſtator inſtituit hæredem vniuerſalem, & alteri reliquit vſumfructum omnium bonorum, hæres vniuerſalis concurrere non poteſt in vſufructu, ſed vſufructuarius totum habebit, quod tamen limitat non procedere, quando inſtituiſſet hæredem ple
7 no iure, † quia idem eſt, ac ſi dixiſſet, inſtituo in proprietate, & vſufructu: & cum prædictis quoque concordat Becc. conſ. 98. nu. 11. addens Dilectum de Art. teſtan. tit. de hæred. inſtituen. caut. 4. incipit, ſi teſtator. Idem Gozad. conſ. 47. nu. 10. & Natt. conſ. 297. nu. 2. Pic. in d. §. Titia. nu. 63. dicēs hoc caſu limitari tex. in §. 1. Inſt. de vſufr. vbi dicitur, quòd relicto vſufructu, hæres habet proprietatem tantum. Id enim verum eſt, niſi adiecta

sta sint illa verba pleno iure, quod etiam latius confirmat Caualcan. in indice suo, post suas decisiones impresso. in verbo vsusfructus finitur, dicens quòd iste casus euenit in patria sua in mõte Policiano, vbi proprietarius, & vsufructuarius cõcurrerũt propter illa verba pleno iure in proprietario posita. At in casu nostro institutio facta de nepote sororis, non continet illa verba pleno iure, sed simplex reperitur, ergo non potest in vsufructu concurrere cum dictis mulieribus institutis in vsufructu omnium bonorum.

Tertio considero, quòd testator vxorẽ, & sororem voluit esse hæredes vsufructuarias
8 omnium bonorum donec vixerint, quæ verba † denotant eas debere consequi vsumfructum annuum, & non vnicum, l. sicut in annos, ff. quib. mod. vsusfr. amitt. & glos. in l. legatum. ff. de annu. leg. & ideo cum hæres est extraneus, mulier debet habere plenũ vsumfructum, nec hæres cum ea concurrit in eo vsufructu. Ita Roman. cons. 516. nu. 8. Cur. sen. cõs. 14. & 15. cũ additione, & Paris. cons. 21. col. 1. & 2. & in d. cõs. 94. nu. 44. vol. 2.

Quarto videtur urgere contra dictum nepotem, quòd testator instituit dictas mulieres vsufructuarias ambas æqualiter, & æquis portionibus, & sic uerbis tantum fuerunt cõ-
9 iunctæ, † quo casu de iure non habuisset locum ius accrescendi in dicto usufructu, si id non disposuisset testator. l. penul. ff. de usufr. accresc. per quem tex. & alios tenet Cror. in l. re coniuncti, nu. 43. ff. de leg. 3. Vnde sequitur, quòd si voluit inter eas esse locum iuris accrescendi in dicto usufructu, ita quòd una moriente, alia sit usufructuaria omnium bonorum, datur intelligi, quòd noluit in eo usufructu nepotem proprietarium concurrere, sed
10 esse, & remanere nudum proprietarium, quia † quod uni datur, alteri censetur ademptũ, l. quod in rerum. §. 1. cum ibi not. ff. de leg. 1.

Quinto deseruire uidetur optime tex. dictis mulieribus in §. 1. Inst. de usufr. ubi dicitur, quod usufructus à proprietate separationem recipit, ut ecce si quis usumfructum alicui legauerit, nam hæres nudam habet proprietatem, ergo nepos iste hæres proprietarius institutus non debet concurrere in usufructu cum dd. mulieribus, & illum textum dicit hoc optime probare Ruyn. cons. 190. num. 11. uol. 2. & Beccius cons. 98. nu. 12. post Picum in d. §. Titia, uers. uenio modo ad secundum nu. mihi 25. ubi dicit illum §. 1. esse textum ad hoc rotundum. Et hæc contra nepotem facere uidebantur.

Quibus tamen non obstantibus in eius fauorem descẽdo, prout scitissime quoque tenet Excellen. Dominus consulens uti mihi frater maior honorandus.

Moueor in primis: quoniam testator post institutas hæredes usufructuarias, ut supra Mag. D. Cornelium ex sorore nepotem, hæredem proprietarium in omnibus eius bonis, rebus, iuribus, & actionibus prædictis instituit, & esse uoluit, quo stante succedit do-
11 ctrina pulcherrima Ruyn. cons. 40. col. 2. & 3. uol. 2. qui duos casus distinguit. † Primus est, quando relinquitur usufructus fundi, uel omnium bonorum uni, & alius simpliciter instituitur hæres bonorum hæreditariorum, nulla facta mentione generaliter, uel specialiter, sicut, quando dicitur Titium hæredem instituo, uel Titius sit hæres. Et isto casu uidetur dici posse, quòd totus usufructus ad legatarium pertineat, nec de illo hæres
12 ullo modo participet, nec cum eo concurrat, ea ratione, quia hæres † uocatur expresso nomine tantum, & uerbo uniuersali, prout est uerbum hæres, uel hæreditas repræsentans quodam corpus fictum l. mortuo. ff. de fideiuss. diuersum à singulis corporibus hæredita-
13 rijs, & de quibus † mediante tali expressione hæredis, vel hæreditatis, non intelligitur facta mentio generaliter, vel specialiter dictorum corporum, l. 1. C. de euictio.
14 Secundus est † casus, vt subdit Ruyn. quando quis instituitur in omnibus bonis, vel in

omnibus bonis, mobilibus, & immobilibus, qui differt à præcedēti, nam tali casu testator
15 vsus est, ne dum verbo vniuersali, & collectiuo, sed etiam generali, prout † est illud verbū,
16 in omnibus bonis, &c. per quod verbum generale intelliguntur omnia, & singula corpo-
ra hæreditaria expressa, & specificata generaliter. secundum Bar. in l. 1. §. fin. ff. de verb.
17 oblig. vbi dicit, quòd si † quis interrogetur, an omnes suos seruos promittat, & responsio
18 fiat de vno certo, prout de Sticho, valet stipulatio, quod est non alia ratione, quia † tali casu
dicuntur singuli serui in interrogatione positi, & de singulis facta generaliter expressio, l.
19 si chorus. in princ. ff. de leg. 3. & hoc † quia per talia verba generalia, non significatur aliud
20 corpus fictū differēs à singulis corporibus, sed † est perinde, ac si institutus fuisset hæres in
21 tali fundo, & tali domo; & sic de singulis, vnde quia † illa corpora, quæ voluit testator
apud hæredem haberi, non possunt stare sine vsufructu, qui est pars integralis, & substan-
tialis eorum d. l. si alij, debet inter legatarium vsusfructus omnium bonorum, & hęredem
diuidi, sicut fit, quando vni relinquitur fundus certus, & alteri vsusfructus eiusdem fundi,
d. l. si alij, quia vtroque casu est eadem ratio secundum Ruy. qui latius declarando prose-
22 quitur, vt per eum. & istud † idem tenuit ipse Ruynus, cons. 190, no. 11. vol. 2. vbi decla-
rādo Paul. de Cast. cons. 389. quod vxor in antiq. quod alias reperitur in cons. 218. vol.
1. in no. qui loquitur in primo casu de hęrede instituto, qui non concurrit cum legata-
23 rio vsusfructus, dicit illud, eadem ratione procedere, quia † Hæreditas esse potest, & no
minari sine vsufructu alteri legato, quia consistit in iure, & dici potest hæreditas sine ali-
quo corpore, l. Hæreditas ff. de petit. hæred. sed est secus, quando legatur fundus, quia
non potest dici fundus sine vsufructu, qui est pars substantialis fundi, ideo concurrit tūc
cum alio, cui relinquitur vsusfructus eiusdem fundi, d. l. si alij, & ibi Bar. qui assignat di-
ctam rationem. Idemq; tenuit ipse Ruyn. cons. 164. col. penul. vol. 3.

24 Secundo confirmatur hæc conclusio per eundem † Ruynum, cons. 75. ad fin. vol. 2.
vbi posito casu, quando legatur vni fundus, & alteri legatur vsusfructus eiusdem fundi,
quod legatarius fundi concurrit cum legatario vsusfructus, cui relictus fuit. subdit idem es-
se, quando aliqui instituuntur in omnibus bonis, & alteri, puta vxori legatur vsusfructus
omnium bonorum, & sic etiam concurrunt hoc casu in vsufructu, qualis est casus noster.
25 Idemq; voluit Dominus meus † Riminal. cons. 411. in princ. vbi post Bar. in l. Sempro-
26 nio in princ. ff. de vsufr. leg. dicentem, quod si relinquatur † Vxori generaliter vsusfru-
ctus omnium bonorum, & plura bona particulariter pluribus, omnes illi concurrent in
27 vsufructu cum vxore, Dominus Riminal. arguit, & infert, † quòd si tales legatarij particu-
lares concurrunt in vsufructu prædicto omnium bonorum vxori relicto, multo magis
hæres vniuersalis concurrere debet cum vniuersali vsufructu alteri relicto, vt erat in illo
28 casu † de filia instituta in omnib. bonis, & matre in vsufructu, scilicet omniū bonorum,
29 qualis est † casus noster ad vnguē inter has mulieres, & nepotem, & arguit eodem modo
30 Ruyn. in allegato cons. 40. num. 7. vol. 2. dicens † inter hæredem institutum in omnibus
bonis, & legatarium vsusfructus omnium bonorum diuidi debere vsumfructum, quia
militat eadem ratio l. si alij. Vnde Borgni. Caualcan. in tract. de vsufr. mul. relict. nu. 45.
31 non constituit aliquā differentiam, † sed idem ius esse vult, siue maritus alicui legauerit
aliqua prædia, vel proprietatem certarum rerum, aut omnium bonorū pro ut hic, vbi te-
stator instituit nepotem proprietarium in omnibus bonis, &c. Et vxorem vsufructuariā
omnium bonorum, quia vt subiungit omnes concurrunt in vsufructu, per d. l. si alij.

Tertio me quoq; satis mouet, quod testator instituit nepotem, non solum in omni-

bus

bus bonis mobilibus, & immobilibus, sed addidit rebus, iuribus, & actionibus prædictis,
32 sicut enim videmus † quòd vxor relicta vsufructuaria, licet instituti sint filij, debet habere vsumfructũ, quando constat ex coniecturis mentem testatoris talem fuisse, vt voluit Soc. cons. 1. col. 3. vol. 4. Dec. cons. 418. num. 1. Corn. cons. 3. col. penul. vol. 2. Paris. in
33 d. cons. 94. num. 36. & cons. 97. col. penul. vol. 2. Ita versa vice † quando constat ex coniecturis, quod testator voluerit hæredem participare de vsufructu, debet ille cum
34 vxore usufructuaria concurrere in usufructu, ut † contrariorum sit eadem disciplina, l. 1. ff. de calumnia. l. 1 ff. de his qui sunt sui uel alien. iur. Dominus meus Riminal. cons. 289. num. 19. & contraria ratio, & effectus l. fin. ff. de calumniat. l. qui accusare. ff. de accusa. Bal. in l. Imperator, lectu. 1. ff. de sta. hom. & l. cum mulier. ff. sol. matr. quem citat.
35 Decia. respon. 1. num. 217. uol. 1. & † quod operatur propositum in proposito, idem operatur oppositum in opposito. l. si ut proponis. C. de nupt. Soc. cons. 118. col. 6. uers. postremò accedat, uol. 1. & ego cõs. 393. nu. 34. Sed dictio rebus, & alia iuribus, aptè sunt
36 usumfructũ complecti, ut † de prima probatur, Inst. de reb. corpor. & incorpor. & de † se
37 cunda tex. Inst. de usufr. in princ. Ergo ne mirũ si nepos concurrere debet cum dd. mulieribus in usufructu, cum uerba, quibus est institutus eum contineant.

38 Quarto uis quoq; fieri potest in dictione † prædictis, posita post illa in omnibus bonis cum sequentibus, quæ est relatiua præcedentium cum omnibus qualitatibus suis, Bar. in l. 1. §. hoc edicto, ff. de postul. & in l. Talis scriptura. §. fin. ff. de leg. 1. Paris. cons. 158. nu. 18. uol. 4. Dec. cons. 465. num. 8. & 9. Cur. Iun. cons. 58. col. 1. Ruyn. cons. 103. nu. 5.
39 uol. 2. Crau. cons. 98. num. 8. cum similibus, per me cons. 37. num. 8. Sed † dictæ mulieres institutæ fuerunt in omnibus bonis qualificatis ex usufructu. Igitur, & nepos institutus in omnibus prædictis censeri debet institutus in illis qualificatis ex eodem usufructu, meritò debet in eo cum illis concurrere.

Quinto ne longius uagemur, nec in remotis mihi uidetur esse textus formalis, in hunc
40 modum deducendo † in d. l. si alij, dicit enim Modestinus ibi. Si alij fundum, alij usumfructum eiusdem fundi testator legauerit, si eo proposito fecerit, ut alius usumfructum haberet, alius nudam haberet proprietatem errore labitur, nam detracto usufructu, proprietatẽ cum legare oportet, eo modo. Titio fundum detracto usufructu lego. Seio eiusdem fundi vsumfructum hæres dato, quod nisi fuerit, alias fecerit, ut in Pandectis, ususfructus inter eos communicabitur.

Pondero dum dicit, nam detracto usufructu proprietatem cum legare oportet, quod
41 † Verbũ denotat necessitatem, l. 1. & ibi not. ff. de iust. & iur. & sic necessarium est id exprimere, idque perpendit egregiè Pic. in d. §. Titia cum nuberet num. 26. ubi posita quæ-
42 stione † de uxore relicta usufructuaria omnium bonorum, & certis prædijs alijs personis, cum diceret eos in usufructu concurrere cum uxore. Doctores uerò Mediolanen. dicerent contrarium, ex quo testator uoluit, quod illa consequeretur usumfructum bonorũ
43 omnium, quia quiomne † dicit nihil excludit, l. 1. A procuratore. C. Manda. Respõdet eis Pic. quod immo dicti legatarij debebant habere dimidiam ususfructus, dato quod uoluntas ita esset. hoc enim obstare habebat, nisi diceret testator, deducto usufructu, ut est tex. in d. l. si alij, debuisset ergo testator hoc modo dicere lego prædia fratribus deducto vsufructu, nam isto modo mulier haberet vsumfructum omnium bonorum. Quinimò plus
44 addit Piccus quod quando testator legat prædia, etiã si diceret expresse, volo quod vxor habeat vsumfructum istorum prædiorum, talis voluntas videretur erronea, & hoc non

obstante concurreret proprietarius cum vsufructuario ad dimidiam, de cuius voluntate, se remittit ad inferius dicenda per eum, & quia casum nostrum non attingit ex industria missum facio.

Sicut ergo redeundo ad illum textũ facto legato fundi Titio, & eiusdem fundi legato vsufructu Seio, sine illis verbis, detracto vsufructu, vult tex. quod Titius legatarius con-
45 currat in usufructu fundi cum Seio legatario vsusfructus dicti fundi, † pari ratione institu tis mulieribus vsufructuarijs omnium bonorum in casu nostro, & instituto hærede pariter omnium bonorum sine dictis verbis deducto vsufructu, dici debet, quod ille debeat
46 cum illis in vsufructu concurrere, arguendo, † de relicto particulari ad vniuersale, prout facit Ruy. in dictis consilijs 35. in fin. & 40. col. 2. & 3. vol. 2. & Dominus meus Riminal.
47 in d. cons. 411. quia valet † argumentum de parte ad totum quo Castren. vtitur in l. 1. C. de episc. audi. Bal. in l. maximum vitiũ. C. de libe. pręt. & glo. in c. prudentiam. vers. contra formam de offi. deleg. Euerard. in centuria sua in loco de toto ad partem, col. pen.

Sexto mihi quoque deseruit genuina natura verbi bonis appositi in institutione nepo-
48 tis, nam bona † dicuntur ex eo quod beant, hoc est beatos faciunt, hinc illud, beati possi-
49 dentes, & beare † est prodesse, l. Bonorũ appellatio, ff. de verb. signif. & ibi Alciatus bea-
50 tos † diuites appellans, quia ceteris prodesse possunt, & debent, vt apud Iuuenalem, Ve-
51 tulæ Vesica beatæ, & vt addit Petrus Rebuf. bona † seu diuitię, licet nõ faciant quem nobilem, tñ causa remota sunt nobilitatis cõseruandæ, & acquirendæ, Bar. in l. 1. q. 3. C. de
52 dignit. lib. 12. per l. nobiliores. C. de cõmer. & merca. hinc Horatius in sermonibus dixit.

Virtus, fama, decus, diuina, humanaq́ pulchris
Diuitijs paret, quas, qui contraxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus, sapiens etiam Rex.

53 At remoto † vsufructu sola nuda proprietas reputatur inutilis. §. 1. inst. de vsufr. ergo dici debet testatorẽ instituẽdo nepotẽ in omnibus bonis, voluisse concurrere in vsufruc.
54 Septimo quoque confirmatur, nã † appellatione bonorũ uenit vsusfructus, l. 3. vbi Bar. & alij. C. de hæred. act. & l. quintus. §. argento ff de aur. & arg. leg. Alc. in l. meorum. ff. de verb. signif. Paris. cons. 84. in princ. & cons. 107. num. 65. vol. 3. quod in hunc modũ
55 venit declarandum; Nam si consideramus vsumfructum † respectu prædij seruientis nobis debitũ ex illo prędio, qui vsusfructus dicitur formalis, ille non dicitur esse in bonis nõ
56 stris, nec venit appellatione bonorum. Sed si consideremus vsumfructum respectu † prę
57 dij dominantis, qui causalis dicitur, & est in prædio dominante, & accessoriè † venit in eo donato, vel legato, talique casu bene dicitur esse in bonis nostris, & uenit appellatione bonorum, l. 1. ff. de vsufr. legat. l. Rem in bonis. ff. de acquir. rer. dom. ita pulchre declarat Veronens. de seruit. vrb. præd. cap. 2. num. 4. quem sequitur Io. Botta cõl. 13. nu. 26.
58 cum seq. At nos uersamur in secundo casu, quia † testator instituendo nepotem in omni bus bonis hæredem, dicitur dominium bonorum, ut prædiorum, domorum, & id genus in eum transtulisse. l. Cum hæredes. ff. de acquiren. poss. glos. in Rub. ff. de acquiren. rer.
59 dom. §. fin. inst. de hæred. qualit. & differen. ubi dicitur, † quod ueteres hæredes pro domi
60 nis appellabant. ergo bene † appellatione bonorum, & sic prædiorum sibi relictorum, & in quibus dominium habebat, potuit, & potest usufructus causalis uenire, sicut qualitas existens in subiecto, merito debet nepos in tali usufructu concurrere cum dictis mulieribus causali, quo ad eum. formali uero, quo ad dictas mulieres, cum in prædijs dominium non habeant.

Octauo me quoq; multum mouet, quòd testator instituit nepotem in omnibus bonis, rebus, iuribus, & actionibus, omni meliori modo, iure, via, causa, & forma, quib.
61 magis, & melius, validius, & efficacius fieri potuit, & potest † talis enim clausula, non solet ad casus specificatos restringi, sed latius porrigitur. Bal. in l. vinum. col. antepenul. ff. si cert. peta. Ruyn. cons. 9. nu. 9. vol. 5. Crau. cons. fin. nu. 5. vol. 2. Bero. cons. 120. nu. 5.
62 vol. 3. Alc. respon. 73. nu. 4. & † operatur, vt disponens uideatur actum facere voluisse, non prout fit, sed eo modo, quo de iure melius facere potest. vt tradit Bero. cons. 135.
63 num. 4. vol. 1. adeo † quod si modus expressus fuerit ineptus, tamen actus sustinetur ex alio modo, qui subsit apte, licet non fuerit expressus, vt per Ange. cons. 183. latè Deci. cons. 14. Alc. respon. 579. nu. 6. & ego cons. 23. nu. 147.

64 Et insuper † dicta clausula confert in fauorem honorati, quicquid testator conferre po
65 tuit, vt tradit Dominus † Simon de Prætis, alias Consiliarius Iustitiæ Serenis. Ducis Ferrariæ, in tract. de interpret. vlt. vol. lib. 2. sol. 4. nu. 34. vers. Octauus est casus, propterea dicendum est, quòd sic instituendo nepotem voluerit eum cum dictis mulieribus in vsufructu concurrere, cum sic faciendo sit melior modus, uia, causa, forma, quibus magis, melius, validius, & efficacius fieri potuit.

66 Nono potest, & alius effectus adiungi dictæ clausulæ † omni meliori modo, quod di-
67 spositio sortiatur plenum effectum, vt videmus, quod † ex ea non detrahitur trebellianica, quæ detractio impedit voluntatem testatoris sortiri plenum effectum, l. patrem. ff. de his, quæ in fraud. credi. l. si sponsus. §. fin. ff. de do. inter vir. & vxo. l. fin. C. ad l. falc. sicque
68 tradit Ruyn. cons. 47. in fin. vol. 2. Igitur † si institutio nepotis ex dicta clausula debet plenum effectum sortiri, quod esse non posset sine participatione vsusfructus, & concursus eius cum dictis mulieribus, sequitur, vt dicere debeamus illum cum eis in illo concurrere debere.

69 Decimo, & ultimo coadiuuantur prædicta, quòd agitur hic † de testamento, & institutione in eo facta ad fauorem nepotis, quæ plenius uenit interpretanda, l. in testamen-
70 tis, & ita Deci. & Cagnol. ff. de reg. iur. & quòd accedit † coniunctio sanguinis interdictũ nepotem, & testatorem, quę operari debet, vt late, & plenius debeat interpretari dicta institutio l. Aurelius. §. Titius testamento. ff. de liber. lega. Dec. cons. 289. col. 2. vers. Octauo, Corn. cons. 103. num. 5. vol. 4. Natta cons. 186. & cons. 296. in fin. Card. Alban. cons. 39. num. 5. post Decium cons. 601. quare fit, quod in vsufructu nepos debeat omnino concurrere.

Nec ab ista conclusione me retrahit, quod in institutione nepotis testator appellaue-
71 rit illum proprietarium: hoc † enim non impedit dictum concursum cum dictis mulieribus vsufructuarijs, vt est casus in l. si proprietas. ff. de vsufr. accrescen. vbi postquam dixit Africanus, quod si proprietas fundi duobus, vsusfructus vni legatus sit, non trientes in usufructu habent, sed semissem duo, semissem fructuarius. subdit. Item è contra si duo fructuarij, & unus fundi legatarius sit, hoc est cui proprietas fundi legata sit, vt in primo responso dixerat, patet igitur ibi, quod relictum proprietatis vni factum, duobus vero usufructus non impedit, quo minus proprietarius concurrat in vsufructu, & ad semis
72 sem cum duobus usufructuarijs, qualis est casus noster ad vnguem, nisi † quod ibi loquitur de relicto particulari, nos autem de vniuersali, sed eadem ratio l. si alij, militat, ut supra dictum fuit, post Ruynum, & Dominum meum Riminaldũ. igitur idem ius milita
73 re debet l. à Titio ff. de uerb. oblig. l. Illud. ff. ad l. aquil. cum simulib. non † enim curandũ

est de

est de casuum diuersitate, dummodo sit in omnibus casibus eadem ratio, glos. in l. sed, & si
74 lege. §. Item si rem distraxerit. ff. pe petit. hæred † illa namque debet attendi tanquam lex communis ad omnes casus. c. consuetudo prima distinctio. Cald. cons. 1. vt lit. pend. cons. 1. de regular. Cra. cons. 190. nu. 2. & ego latius de uiribus eiusdem rationis cons. 67. nu. 18. Pariq; modo me nihil turbat dictio † omnium, posita in vsufructu mulierum, quatenus vna earum moriente voluit testator partem vsusfructus illius alteri accrescere, & omnium
75 bonorum vsufructuariam esse, nam † talis dictio non impedit concursum nepotis in vsufructu, vt declarat Rol. à Vall. cons. 8. num. 36. vol. 2. & Pic. in d. §. Titia. nu. 26. de quo supra mentionem feci in quinto fundamento, vbi videri potest. Idque procedit eo respe
76 ctu, quia dictio † omnis, est collectiua multorum, non autem distributiua, vt per glo. in
77 tab. in l. si pluribus hæredibus. ff. de leg. 2. nam si dicitur † omnes ferunt lapidem, intelligitur simul, & collectiue, non autem quod singuli in solidum, secus si diceremus quemlibet ferre lapidem, vt per glos. ibi, & Bar. & alij notant. Sicut & Crau. cons. 579. nu. 28.
78 & pulchre Decia. respon. 5. num. 6. vol. 3. vbi dicit † quod dictio, omnes licet sit nomen collectiuũ, tamen non attribuit actum cuilibet in solidum, sed tantum pro portionibus singulorũ, citat glo. in d. l. si pluribus, & Bar. in l. Moschis, ff. de iur. fis. & in l. Hoc articulo. ff. de hære. inst. Vnde sequitur per illud verbũ omniũ, nõ impediri concursum in vsufructu nepotis, & mulierũ. Remanetque copiose satis hæc cõclusio fundata pro nepote.
79 Superest nunc, vt clarior quoque reddatur, contrarijs † respondere. Quod igi-
80 tur attinet ad primum continens, quod vxor relicta † vsufructuaria omnium bonorum institutis extraneis hæredibus habeat totum vsumfructum, nec in eo secum concurrant tales extranei, secundum doctores in dicta Auth. hoc locum, & in alijs locis supra citatis. Dico quod illud procedit ad differentiam alterius casus, quãdo extarent filij ipsius mariti, & ab eo instituti, nam tali casu mulier habet solum alimenta, non autem vsumfructum omnium bonorum secundum consuetudinem Bulgari, vt per glos. & ceteros in d. Auth. hoc locum Ias. in l. & si contra tabulas num. 5. ff. de vulg. & pup. Bened. in c. Raynutius vers. cetera bona. num. 19. de testa. Dec. cons. 418. & cons. 454. Pract. Papien. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem in glos. donec num. 5. Alex. cons. 56. ponderatis verbis col. 1. vol. 3. Paris. cons. 98. num. 1. vol. 2. & Caual. in tract. de usufr. mulier. rel. num. 17. vbi dicit, quod hæc est communis opinio omnium doctorum, nec habet contradictorem, propter Bulgari consuetudinis interpretationem, sicque tenet, & testatur etiam Michael Crassus sententiarum libro. §. legatum q. 24. qui & alios citat, meque pariter inst. de donatio. in princ. vbi num. 559. illud obiter attingo, rationemq; signanter adducit Picus in d. §. Titia sub num. 46. vers. moueor, vbi dicit, quod filij, relicta matre vsufructuaria, habent istud priuilegium ex coniecturata mente ipsius patris defuncti, quia non præsumitur, quod velit vxorem habere vsumfructum, & filios quodammodo mendicare, & famæ perire, §. prohibemus. in Auth. de trien. & semiss. & Aret. cons.
81 40. col. 3. in princ. & licet doctores † in eo casu de extraneo instituto supponunt, aut etiã dicant eum non concurrere in vsufructu cum vxore, vt clare dicit Paris. in d. cons. 94. num. 33. & 34. vol. 2. Tamen aduerti debet, quod loquãtur in extraneo simpliciter hærede instituto. non autem addito, in omnibus bonis, mobilibus, & immobilibus, rebus, iuribus, & actionibus, prout in casu nostro, quia tunc bene concurrit in vsufructu cũ vxore, vt declarat Ruyn. cons. 40. col. 2. & 3. & cons. 190. num. 11. vol. 2. quem superius ad-
82 duxi in primo fundamento, vt ibi videri potest. Et licet † Mantica in tract. de coniect. vlt.

vol.lib.9. cap.6. nu. 20. de hac limitatione dubitauerit vt per eum, nihilominus parũ curandus est, per ea quæ scitissime scripsit celeberrimus Dominus consulens in suo consi.
83 impresso.num. 28.cum sequentibus, cui tantum addo verisimilem † admodum coniectu ram testatoris, quod voluerit nepotem cum dictis mulieribus in vsufructu concurrere, cum enim testator reliquerit vsufructuarias omnium bonorum dictas mulieres, donec viuent, & vltra, quod altera defuncta pars vsusfructus sui accrescat ad aliam, & sit vsufru ctuaria omnium bonorum, non est verisimile, quod voluerit nepotem per tantum tempus remanere nudum proprietarium, & prorsus inutilem remoto usufructu §. Ne tamen Inst. de vsufr. expectando mortem, ne dum primæ mulieris, sed etiam secundæ, cum faci le posset ille prius præmori, vel quod eo præmoriente, filij sui post eum vocati ad eandem incertitudinem redigerentur, & interim dicerentur hæredes inutiles: vnde cum ista non
84 sint verisimilia, nec præsumi debent fuisse de mente dicti testatoris, quia † præsumptiones non fiunt de non verisimilibus, Bal. in l. fin. col. 2. in vltimo notab. C. de hæred. inst. & in cap. 1. §. si qua de feud. guar. Corn. cõs. 156. col. fin. vol. 3. Soc. cons. 164 col. 1. vers. Et sic magis est, Crau. cons. 8. num. 6. Vt igitur aliquod emolumentum consequeretur nepos in uita dictarum mulierum, credendum est, quòd voluerit eum cum illis in usufructu concurrere. propterea non simpliciter eum hæredem proprietarium instituit, sed cum tot verbis additis in omnibus bonis, &c. nec satis aliter mihi persuadere possum.

Nunc ad secundum contrarium descendo, de extraneo instituto pleno iure, quod pro pter illa verba concurrit in vsufructu, quam limitationem defendit Mant. in d. cap. 6. nu. 19. & dico posita dicta limitatione pro vera, non per hoc denegandus est concursus in vsufructu cum dictis mulieribus huic nepoti, licet in institutione sua non adsint illa ver-
85 ba pleno iure † quia satis est, quod adsint alia, quæ tantundẽ pollent, & abunde possunt,
86 vt quod fuerit † institutus in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, rebus, & actionibus, quæ ad dictum concursum considerauit Ruyn. in d. cons. 40. & præter eũ sic argui potest.
87 Quod sicut † quando testator reliquit vxorẽ vsufructuariã omnium bonorum suorum immobilium, mobilium, iurium, & actionum restringi nõ potest ad alimẽta, sed ad vsum fructum referri debet, vt inquit Gozad. cons. 47. sub nu. 5.
88 Pariter † in casu nostro stantibus eisdem verbis, & vltra clausula, & omni meliori mo do, &c. restringi non debet institutio dicti nepotis ad nudam proprietatem, sed vsusfructus concursum referri debet, nobisq; satis esse debet, quod licet non simus in casu dictæ limitationis pleno iure, quod simus in alia argumento, tex. in. §. affinitatis inst. de nupt. cum vulgaribus, & ita cessat secundum contrarium.

Transeo nunc ad tertium de verbis illis, donec viduæ vixerint dictæ mulieres, quæ red dunt annuum relictum, & per consequens, quod mulieres habeant plenum vsumfructũ, vt per Rom. cons. 516. & Curt. cons. 14. & 15. cum additione Paris. cons. 94 num. 44.
89 vol. 2. In quo dico † quod loquuntur doctores, quando vxor prius censebatur alimentaria tantum, propter existentiam filiorum, quod si bona trãseant ad extraneos, vt de fisco loquitur Curtius, ex mutatione qualitatis hæredis, efficitur mulier vsufructuaria, vt pluri bus rationibus probat Romanus. At in casu nostro nulla contingit mutatio hæredis instituti, quia nepos institutus proprietarius fuit, & est idem, & idem, & cũ eisdem qualitatibus vocatus fuit durante vsufructu, & eo extincto in prædictis bonis, in quibus dictę mu

lieres vsufructuariç fuerunt institutæ, propterea debet cum eis in dicto vsufructu concur-
90 rere, quia † quod non mutatur cur stare prohibetur, l. Sancimus. C. de testamen. l. præcipimus in fin. C. de appella. cum vulgaribus. sicq; cessat obiectum tertium.

Ad quartum diligẽtius aduerti debet, nam tantum abest, quod dictis mulieribus prosit, vt eis potius noceat, & aduersus eas retorqueri possit, nam in casu d. l. quod in rerũ. §.
91 quod si post † testator post factum legatum fundi Titiani in testamento, ex illo fundo aliquid detraxit, & alij fundo adiecit, vnde quærit Pomponius, vtrum ne eam quoque partem legatarius sit petiturus, an eo minus, quasi fundi Titiani esse desierit, & magis est, in-
92 quit, vt quod alij destinatum est, id ademptum esse uideatur. Pondero, † quod cum præcessisset legatum illius totius fundi Titiani factum Semptonio, bene dicitur illi adempta pars illa, quæ alteri fundo fuit adiecta; sed in casu nostro, quando testator reliquit vsumfructum omnium bonorum mulieribus, & inter eas ius accrescendi constituit, dici nõ potest, quod de dicto vsufructu quicquam ademerit nepoti, & adiecerit mulieribus, cum
93 nihil adhuc reliquisset nepoti, nec illum quidem nominasset, quia ademptio, † velut priuatio præsupponit habitum, l. Manumissiones, ff. de iustit. & iure, l. Decem. ff. de verb. obl. & vtrobiq; notatur. Sed è contra bene dici potest, quod cũ testator prius instituisset vsufructuarias dictas mulieres, & inter eas ius accrescendi cõstituisset, subijciendo postea, quod nepotem instituebat hęredem proprietarium in prędictis omnibus bonis, mobilibus, &c. quæ verba concursum in vsufructu continent, & importãt, vt sæpius dixi. sequitur quod voluerit adimere testator dimidiam dicti vsusfructus dictis mulieribus, & illam destinare dicto nepoti, prout concluditur in d. §. quod si post, & ita per argumentum quartum pro mulieribus factum, carmen illud aduersus eas dici potest.

94 Heu † patior telis vulnera facta meis, quod bene notandum est. superest, vt quintum,
95 & vltimum fundamentum absoluam † de §. 1. Inst. de vsufr. quod iam solutum remanet ex Ruyno d. cons. 40. vol. 2. in secundo casu supra relato, & reperit quoque Beccius in d. cons. 98. nu. 12. propriè loquens in terminis. d. §. 1. dicit enim, quod quando testator instituit vnum hæredem vniuersalem, & alteri vsumfructum bonorum reliquit, quia non
96 constat testatorem voluisse, quod hæres participet de usufructu, † cum hęreditas consistat in iure abstracto à proprietate, & vsufructu, quia potest hęreditas dici etiam sine aliquo corpore, l. Hæreditas. ff. de petit. hæred. propterea talis hæres non concurrit in vsufructu. At secus est quando testator legauit uni fundum, & alteri eiusdem fundi usum fru
97 ctum, tunc enim cum † fundi appellatio consistat in proprietate, & vsufructu, & altero deficiente, non dicatur fundus, sed nuda proprietas, uel nudus usufructus, l. qui usumfructum. ff. de uerb. oblig. propterea concurrunt ambo in usufructu, quia testator legando vni fundũ, voluit, vt habeat non solũ proprietatẽ, sed etiam vsumfructum, vt voluit Castr. in d. cõs. 218. vol. 1. in nouis. & Ruy. in d. cons. 40. prout latius superius induxi.

98 In quantum † subiungit ipse Beccius, quod l. si alij, non habet locum in hęrede habente proprietatem, qui non potest concurrere cum legatario in vsufructu, sane venit intel-
99 ligendus in hærede proprietario simpliciter relicto secus addito, † In omnibus bonis, mobilibus, & immobilibus, rebus, iuribus, & actionibus prædictis, in quibus vxori pariter fuit vsusfructus relictus, prout est casus noster, vt supra declaraui post Ruynum in d. cons. 40. cum alijs supra deductis, & addita clausula illa omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius, validius, & efficacius fieri potuit, & potest, ut in octauo fundamento dixi.

Quare

Quare ne sim prolixior sublatis contrarijs, remanet conclusio firma, & inconcussa ad fauorem dicti nepotis, vna cum domino consulente, qui pro singulari sua doctrina, & optima eruditione tot scripsit, vt aditus meus longe difficilis fuerit, vt aliquid noui in medium afferre potuerim.

Ita de iure sentio Ego Hippolytus Riminaldus Iurisconsultus Ferrarien. Comes Aulæ Lateranensis, & in Almo Patriæ meæ Gymnasio publicè legens. Et in pręmissorum fidem, manu mea subscripsi, & signaui.

RESOLVTIONES EIVSDEM CANALII AD OMNIA, ET singula, quæ hactenus adducta fuere à diuersis Excellentissimis Patribus Iureconsultis aduersus eius fratrem.

SVMMARIVM.

1 *Pauli de Monte Pico dictum, quod hæres extraneus non concurrit in vsufructu cum vxore vsufructuaria procedit in instituto simpliciter, qualis non est hic nepos.*

2 *Idem Picus non sentit l. si alij, tantum habere locum in relicto singulari.*

3 *L. si alij, ampliatur in instituto pleno iure, & eodē sic instituto limitatur. §. 1. Inst. de vsufr.*

4 *Nepos hic institutus, vt in serie dicitur æquipollet ei, qui est institutus pleno iure.*

5 *Ratio l. si alij, est, quia in relicto fundi datur totum integrale, quod etiam datur in relicto proprietatis omnium bonorum.*

6 *Hæreditatis nomē cōsistit in iure tātū, etiā si nullū sit corpus ī hæreditate, at hic nepos institutus apparet in reb. corporalib. et incorporalib.*

7 *Castrensis cons. 218. tollitur, quia loquitur, modo, quo Pic. supradi.*

8 *Testator aliquem instituendo hæredem simpliciter non declarat institutum velle participare de fructibus, quia hæreditas est quid abstractum à proprietate, & vsufructu.*

9 *Castr. sentit, quod si ex alijs uerbis additis, colligitur, quod testator voluerit institutū cōcurrere in fructibus, hæres institutus concurret.*

Error paruus ī principio efficitur maximus ī fine.

10 *Institutus in vsufructu, & sic in re certa, alio scripto hærede vniuersali, nihil de vniuersitate participat, nec iuris est successor, nec iura in eum hæreditaria transeunt, nec defunctum representat, sed est in tertia specie relicti, & loco legatarij habetur.*

Institutus in re certa, uerbis aut cōmunibus, aut directis ciuilibus, est successor obliquus, & nō directus, alio dato cohærede vniuersali.

11 *De institutione in re certa deducitur falcidia secundum communem.*

12 *Falcidia detrahitur dumtaxat de relictis particularibus.*

13 *Institutus in vsufructu, & sic in re certa, est legatarius, non hæres.*

14 *Cum hæres, à cohærede falcidiam detrahit, est ratione prælegatorum, non hæreditatis.*

15 *Hæres à cohærede falcidiam non detrahit, sed in singulis hæredibus grauatis habetur ratio legis falcidiæ.*

16 *Fideicommissarius hæres vniuersalis, ex Trebelliano, per virtutem receptam à Pegasiano Senatus consulto, cogit hæredem, ut adeat, et restituat, non autem legatarius particularis.*

17 *Hæres respectu legatarij particularis, est liber in adeunda, vel non adeunda hæreditate.*

18 *L. falcid. inuitat hæredē grauatum dando quartam, ut adeat, sed non cogit.*

19 *Vtilitas inuitat, nõ cogit propriè, sed impropriè.*
20 *Institutus in re certa, regulariter rem sua propria auctoritate potest apprehendere.*
21 *Fallit regula prædicta, quando hæres prius est in possessione.*
22 *Vsufructuarius, propria auctoritate adeundo, non facit fructus suos, ante legitimam satisdationem.*
23 *Vsufructuarius per publicum instrumentum satisdat, de restituendis bonis finito vsufructu, in statu certo descripto, in quo accepit.*
24 *Vsufructuarius habet naturalem possessionẽ ad vtendum fruendum.*
25 *Fallit regula prædicta, etiam ex forma statuti Bononien.*
26 *In ponenda ratione l. falcidiæ, respectu vsusfructus, seruanda est forma l. Hæreditatum. ff. ad leg. falcid.*
27 *Gozadini consilium 47. tollitur.*
28 *Vxor usumfructum, non alimenta habet, cũ testator ait, totum liberum, integrum vsum fructum vxori do.*
29 *Gozadin. nu. 12. d. cons. 47. loquitur in terminis Castr. cũ hæres est simpliciter institutus.*
30 *Paris. cons. 94. loquitur in eisdem terminis, hæredis simpliciter instituti.*
31 *Vxor instituta in pleno, & integro vsufructu, excludit hæredem institutum simpliciter.*
32 *L. si alij habet locum in instituto pleno iure, quia verba important totum integrale.*
33 *Dictio, omnium bonorũ; non sufficit, vt vsufructuaria habeat integrum vsumfructũ, sed aliter debet constare ait Pars. ibid. nu. 45.*
34 *Hæres simpliciter institutus, non concurrit cum vsufructuario omnium bonorum, & est communis opinio.*
35 *Parisij consilium tollitur.*
36 *Vbi testator inter proprietarium, & vsufructuarium, quo ad commodum interponit tempora, non potest dari concursus in ipso vsufructu.*
37 *Si testator relinquit vni omnia bona, & mandat, vt vxori dentur ducenta loco vsusfructus singulis annis, nulla est realis coniunctio in eiusmodi relictis, & ideo non potest tunc dari concursus ex dispositione l. si alij.*
38 *Beroij consilia remissiue referuntur.*
39 *Rolandi cons. 74. tollitur.*
40 *Bartholomæi Soc. cons. 1. tollitur.*
41 *Dictio, Alijs, separat, & remouet coniunctionem realem, & concursum.*
42 *Dictio, prædictis, repetit cum eadem qualitate.*
43 *Socinus notatur.*
44 *Vxor vsufructuaria omnium bonorum, concurrit in vsufructu cum proprietario certorum bonorum secundum communem, quicquid dicat Soc. in contrarium.*
45 *Socinus iterum notatur.*
46 *Penes vsufructuarium est formalis seruitus, non penes proprietarium.*
47 *Res sua nemini seruit iure seruitutis formalis.*
48 *Causalis vsusfructus est accessio rei; causata ex ipsa rei substantia continetur q; sub eodem dominio, sub quo est ipsa res.*
49 *Causalis vsusfruc. differt in substãtia à formali Causalis vsusfructus, & formalis, non sunt sub eodem dominia.*
50 *Vsufructuarius habet dominiũ iuris in corporalis vsusfructus secundum quod dominium, consequitur fructus, qui ex re accedunt.*
51 *Proprietarius habet dominium corporis, seu rei incorporalis, & consequitur naturales accessiones fructuum ipsarum rerum.*
52 *Vsufructuarius ius habet in re, quod appellatur seruitus, non rei dominium.*
53 *Socinus errat, dicens, quod ideo in relictis singularibus datur concursus inter vsufructuarium, & proprietarium, quia idem vsusfructus in substantia, & idem dominium sit penes vtrumque.*
Quodq; inter generaliter, et specialiter honoratos dominiũ, & vsusfructus in substãtia sint diuersa, et ideo inter eos non datur concursus.
54 *Dictio (omnium bonorum) non tribuit totalitatem vsusfructus, nec impedit concursum vsufructuarij, & proprietarij, secundum communem.*
55 *Realis coniunctio, quæ est in fructibus, & emolumen-*

lumentis rerum, à testatore explicata, est in causa concursus in fructibus.

56 Fructus rei dicuntur pars integralis rei, eo quia ex intrinseca rei substantia fluunt.

57 In dispositione facta de proprietate rei, venit ac cessio fructuum, nisi expresse à testatore separetur.

58 In dubio à relicto proprietatis rei, non censetur vsusfructus ademptus.

59 Appellatione fructus, redditus, & prouentus. venit causalis, & formalis vsusfructus.

60 Ponitur regula cognoscendi, quando dispositio testatoris importat realem coniunctionem.

61 Curandum non est, an verba totum integrale importantia sint generalia, an specialia, in ipso concursu proprietarij, & vsufructuarij.

62 Cum verbis generalibus disponit testator perinde est, ac si de singulis speciebus disponeret.

63 Interrogatus de genere, si respondeat, & promittat vnam generis speciem, in ea contrahitur stipulatio.

64 Qui vtitur generali nomine perinde habetur, ac si vteretur speciali nomine singularum rerum, sub genere contentarum.

65 L. si alij habet locum inter relicta generalia, & generalia, singularia, & singularia, & inter singularia, & generalia inuicem, quicquid Socinus cōmentetur in contrarium.

66 Regula, generi per speciem derogatur, non habet locum, cū vni vsusfructus rei, alteri eiusdem rei proprietas datur.

67 Vsusfructus, & proprietas rei, non se habent, vt genus, & species, sed ita, vt vnum non possit præstari sine diminutione alterius ratione concursus in fructibus.

68 Regula prædicta locum habet, vbi vni generaliter omnium bonorum datur vsusfructus, & alteri vsusfructus certarum, rerum.

69 Regula prædicta locum habet, vbi genus, & species cadunt sub eodem iure.

70 Socini error.

71 In vltimis dispositionibus, non attenditur prius & posterius, sed testatoris voluntas.

72 Nattæ conf. 297. tollitur.

73 Hæreditas consistit in iure abstracto, separato ab omni corpore hæreditario.

74 Alciati conf. 72. tollitur.

75 Capræ cōs. 25. loquitur de cōsuetudine Bulgari

76 Capræ conf. 154. tollitur.

77 L. si alij, habet locum in hærede, vbi verba testatoris patiuntur, secundum Capr. qui testatur de communi.

78 Simon de Præt. dictum, procedit in consuetudine Bulgari.

79 Ad eundem animaduersio.

80 Reuerendiss. Mant. loquitur in hærede simpliciter instituto, quod non concurrat.

81 Idem subscribit conf. Riminal. 411.

82 Idem vult institutū plenarie concurrere in vsufructu cum vsufructuaria omnium bonorū.

83 Idem non sentit opinionem Ruyni in conf. 40. vol. 2. esse contra communem opinionem.

84 Et Ruyni opinio defenditur.

85 Idem Reuerendiss. Mant. tenet pro nepote nostro subscribendo Riminal. d. conf. 411.

86 Consuetudo Bulgari non procedit in hæredibus extraneis, & est communis.

87 Curtij Sen. conf. 15. tollitur.

88 Bottæ conf. 44. tollitur.

89 Cioffij conf. 37. tollitur.

90 Nullus hactenus dixit communem opinionem esse contra casum nepotis nostri.

91 Riminal. sen. conf. 411. non dubitat de sua decisione, sed desiderabat inuenire alium, qui casui suo subscripsisset ante ipsum, cui subscripsit post eum Mant. & Bero.

92 Nullus rectæ conscientiæ ad importunitatem alterius respondet pro eo in casu, in quo dubitat, an ius foueatur.

93 Idem Riminal. ad suam decisionem prædictā fuit motus, ex certa ratione Alberici in d. l. si alij, quod in dubio à relicto proprietatis rei, non censetur vsusfructus ademptus.

94 Verbum (vsusfructus) sui natura intelligitur, quod sit ius in rebus, & in corporibus.

95 Ruyni conf. 40. defenditur ab impugnationibus ex aduerso adductis.

96 Omnium bonorum vsusfructus potest legari, si non

non excedat dodrantem.

97 Generale, & uniuersale relictum differunt secundum Ruynum, qui ostendit argumentis firmissimis, non fallacibus.

98 Hereditas, & bona hereditaria, non sunt idẽ, sed significant diuersimode.

99 Verbum generale bonorum exprimit singulas bonorum species.

100 Hereditate vendita, una re hereditaria euicta, vendens, non tenetur de euictione.

101 Hereditate vendita non agitur redhibitoria, pro una re hereditaria morbosa.

102 Interrogatus de re vniuersali, puta de hereditate, aut peculio, si stipulanti respondeat de vna re hereditaria, aut peculiari, non contrabitur obligatio ex stipulatu.

103 Interrogatus de una re, si stipulanti promittat de alia diuersa, non contrahitur obligatio ciuilis, aut naturalis

104 Interrogatus de uniuersali, si stipulanti promittat rem particularem, non respondet ad interrogata, sed diuersum.

105 Testator instituendo Titium in nomine vniuersali hereditatis, non facta expressione in bonis, si vsumfructum omnium bonorum det Gaio, heres non concurret in fructibus cum vsufructuario, ex l. si alij.

Quia stat hereditas per se sine fructibus, & sine bonis.

Sicut stat genus, puta animal, licet una species de ipso genere animalis tollatur.

At facta expressione in bonis, tunc heres realiter coniungitur cum usufructuario, & est locus l. si alij.

106 Interrogatus de re in genere, si respondeat stipulanti de singulari re sub genere contenta, in ea stipulatio contrahitur.

107 Ruyni distinctio de generali nomine, & uniuersali, procedit, non tantum in materia stipulationis, sed in omni alio contractu, & in vltima voluntate.

108 Grex, quid significet.

109 Hereditas, quid significet.

110 Hereditas Naui comparatur.

111 Legata dicuntur delibatio hereditatis.

112 Peculium, quid significet.

113 Totum integrale explicatur.

114 Fructus ex re prouenientes, & ipsius rei substantia, & proprietas totum integrale efficiũt secundum omnes, siue res in genere, siue in diuiduo consideretur.

155 Verbũ, pleno iure, totũ integrale rei significat.

116 Verba, in omnibus bonis, totum integrale bonorum significant.

117 L. si alij, habet locum in relictis singularibus, generalibus, & uniuersalibus, ubi totum integrale datur ex mente omnium doctorum.

118 Nomina generalia, quare fuerunt inuenta declaratur.

119 Et singularibus, & generalibus verbis, datur totum integrale.

120 Heredis institutio stat simul cum generalitate, & specialitate rerum expressa.

Et expresio eiusmodi multum operatur.

121 Actus potentior, non absorbet actum minus potentem, cum inuicem non repugnant, secus si repugnent.

122 Actus potentior, & plenior attenditur, nõ minus potens, cum sunt actus dissimiles, & repugnantes inuicem.

123 Vsufructuarius habet alteram partem integralem rei, id est fructus ex re prouenientes, nõ totum integrale rei, & in fructibus fit cõcursus, & realis coniunctio inter eũ, et proprietarium.

224 Sicuti fundum non dicitur habere proprietarius, si cum vsufructuario non concurrat, cum fundus est relictus.

Ita etiam proprietarius bonorum, nõ dicitur habere bona, si non concurrat cum vsufructuario, cum ei bona sunt relicta.

125 Ruynus cons. 190. non contradicit ijs, quæ dixit cons. 40. vol. 2. sed casus diuersificat.

126 Ratio diuersitatis nulla assignata extitit, nec assignari potest, cur facto legato omnium bonorum, legatarius concurrat cum vsufructuario omnium bonorum, & institutus in omnibus bonis concurrere non habeat, cum instituto

tuto in vsufructu omnium bonorum.

127 Dubitatio, an valeat relictum vsusfructus omnium bonorum, versatur inter scribentes, quando hæres vniuersalis est institutus post mortem vsufructuarij, non quando hæres vniuersalis est pure institutus.

128 Dispositiones vltimæ voluntatis, & maxime institutio hæredis, ad testatorem, non ad notarium pertinent.

129 Verba quibus notarij vti possunt, cum testator nudam dat proprietatem instituto, & alteri vsumfructum.

130 Stilus nullus in dispositionibus admitti debet notarij, cum alteratur ex eo dispositio.

131 Notarius addendo ex suo dispositioni testatoris, fabricat sibi ad gehennam.

132 Testator instituendo in omnibus bonis hæredẽ, durante, & extincto vsufructu, quid significauerit declaratur.

133 Ius accrescendi inter fructuarios non arguit dilectionem maiorem eorundem, quam hæredis vniuersalis.

134 Clausula, omni meliori modo, ad quos referatur, exprimitur.

135 Proprietarius non habet concursum cum vsufructuario, quando testator expressis verbis illum exclusit.

136 Expressã voluntatẽ testatoris sequi debemus.

137 A verbis testatoris non debemus recedere.

138 Qui omne dicit, nihil excludit.

139 Dictio omnium bonorum vsumfructum, do, non significat totalitatem vsusfructus, alio instituto in omnibus boniss.

140 Quæ singula non prosunt, nec multiplicata iuuant.

141 Decij cons. 98. quod non faciat in contrarium, sed pro nepote nostro.

142 §. 1. inst. de vsufr. in quibus terminis procedat

143 Institutus hæres in nuda proprietate, aut deducto vsufructu, sine dubio concurrere, non habet cum vsufructuario.

144 In vltimis voluntatibus attenditur voluntas testatoris, non prius, & posterius.

145 Ens spoliatum veste remanet nudum.

146 In ijs, quæ sunt manifesta sensui, quærere rationem, intellectus debilitatem arguit.

147 Coniunctio realis est quid diuersum ab ademptione, & qui coniungit disponendo, non dicitur adimere.

148 §. primi. Inst. de vsufr. decisio non fundatur in prioritate, & posterioritate dispositionũ, sed in ratione, quæ exprimitur.

149 Vbi actus vni soli tribuendus est, & prælatio facienda est, prænominatus præponi debet.

150 Differentia numeralis nõ alterat dispositionẽ.

151 An prius testator disponat de proprietate rei, postea de vsufructu, vel è contra, quo ad cõcursum ll. non distingunt.

152 L. si alij, l. si proprietas fundi, quomodo procedant.

153 Errore labuntur, qui existimant testatorem, nudam dedisse proprietatem, vtendo verbis significantibus totum integrale.

154 Voluntas testatoris attenditur.

155 Testator potest in vnius persona disponere de nuda proprietate, idque ex verbis, & mente colligi potest.

156 Mens testatoris colligitur ex expressis in testamento, non autem ex nõ expressis.

157 In dubio standum est scripturæ, etiam si aliud in intentione fuisset, de quo non constat.

158 Propositum in mente retentum nihil operatur.

159 Non sufficit, quod testator ita voluerit, si ita non disponat.

160 Argumentum à contrario sensu, procedit etiam in vltimis voluntatibus.

161 Riminaldi Sen. cons. 41 1. non debuit allegari contra hunc nepotem.

162 Bal. in d. l. final. num. 9. C. de indict. iud. tollen. non debuit allegari contra casum nostrũ.

163 Hæres institutus in omnibus bonis, rebus, iuribus, & actionibus, dicitur institutus in toto integrali, etiam alij dato vsufructu omniũ eorundem bonorum.

164 Cui datur totum integrale, datur concursus in vsufructu.

165 Institutus pleno iure, concurrit cum vxore instituta in toto vsufructu omnium bonorum.

166 Hic



IACTIS firmis fundamentis pro Domino Cornelio fratre meo, illisque à suprascriptis Excellentissimis viris corroboratis, laborabo deinceps in tollendis his, quæ ex aduerso adducta fuerunt.

1 Paulus, de † Monte Pico, in l. Titia. §. Titia cum nuberet, nu. 19. vers. secunda conclusio, & num. 25. vers. Venio modo ad secundam conclusionem, & num. 63 vers. Quęro ergo vigesimoprimo, ff. de leg. 2. non repugnat casui nostro dum inquit, quod hæres extraneus non concurrit in usufructu, cum uxore instituta usufructuaria. loquitur enim in instituto hærede simpliciter; At hic nepos institutus est uerbis exuberantioribus, ut in serie proposita.

2 Picus † nõ habet sensum, quod Tex. in l. si alij, solũ habeat locum, in relicto particulari, ut asseritur ex aduerso.

3 Hoc patet num. 63. ubi ait, quod institutus pleno iure hæres, cõcurrit cum usufructuaria instituta; & eo casu ait ampliari, l. Si alij, & limitari tex. in. §. 1. Inst. de usufr. unde Picus innuit, quod l. si alij etiam in hærede uniuersali potest habere locum si non est simpliciter institutus hæres.

4 Casus autem nostri nepotis, equipollet dictæ ampliationi, ut egregiè famosissimus D. Hippolytus Rimin. D. meus obseruandissimus suo consilio doctissimo supra, dum tollit secundum contrarium uers. Quia satis est, quod adsint alia, quæ tantundem pollent, & abunde possunt. num. 85. Et etiã eximiæ doctrinæ, & integritatis uir D. Meus Herculanus, supra in corroborationibus suis nu. 9. & ego late in primis allegationib. nu. 37. & in secundis num. 214. & sequentib. quibus locis, uidendum.

Et ratio eiusdem de monte Pico, quia per relictum fundi censetur testator uoluisse, quod proprietarius participet de fructibus, etiam seruit, quando est relictum proprietatis om-

5 tis omnium bonorum, ut Caualc. suo tract. de usufr. mul. rel. num. 45. † quia ratio d. l. si alij, est, quia datur totum integrale, ut dixi supra secundis alleg. num. 4. & 5. & nu. 115. ubi uidendum.

Et ratio allegata ab eo Paulo num. 25. uers. Possunt hęc simul stare, optimè declarat ip
6 sius mentem, quod loquatur in hærede simpliciter, dum ait, † Quia hęreditatis nomen cõsistit in iure tãtũ, etiã si nullũ corpus habeat, l. Hæreditas, in principio, ff. de petit. hæred.

Sed testator noster noluit suum nepotem instituere hæredem in nudo iuris nomine si ne corpore, immo expressit res corporales, & incorporales easdem, in quibus sororé, & vxorem voluit esse vsufructuarias, cum dixerit; in omnibus bonis, mobilibus, & immo bilibus, rebus, iuribus, & actionibus prædictis, & sic dicta ratio nudi nominis hæreditatis, & iuris, sine corporibus, non deseruit casui nostro.

7 Nec † Castrensis cons. 218. quòd vxor quondam Restorij, col. 1. ad medium, vers. secundo probatur, num. 1. & 2. & vers. sed prædictis obstare videtur, & vers. vltimo potest dubitari, lib. 1. repugnat casui proposito, loquitur enim in hærede instituto simpliciter, sicut & Paulus de Monte Pico, de quo supra. assignando rationem, ex qua optime eius mens colligitur.

8 . Nam † quando quis est institutus hæres, eo casu non constat ex alio, quod testator voluerit, institutum participare aliquid de vsufructu, cum hæreditas consistat in iure abstracto à proprietate, & vsufructu.

9 Si igitur † ex alijs additis verbis potest colligi, quòd testator voluit institutum partici- pare de proprietate, & vsufructu, Castren. innuit, quòd eo casu participabit, licet nõ participet, quando instituit hæredem simpliciter, quia tunc expressit tantum nomen hæredis, quod non significat, nec proprietatem, nec vsumfructum ex se, sed ius tantum in abstracto.

Et stante institutione testatoris pura, & vniuersali huius nepotis, non sub conditione, nec post mortem vxoris, & sororis, quas voluit vsufructuarias, erroneum est, ipsas mulieres affirmare hæredes vniuersales, paruusq; hic in principio error, maximus euadit in fine, vt ait alibi Philosophus.

10 Institutæ † enim in vsufructu, & sic in re certa, alio scripto hærede vniuersali, nõ sunt hæredes vniuersales, & in effectu nihil de vniuersitate participãt. Caualc. d. suo tract. n. 72

Et dicuntur in relicto tertiæ speciei, non hæredes vniuersales, nec iuris successores, nec iura hæreditaria transeunt in eas, nec defunctum repræsentant, vt notanter scribit Antonius Cioff. cons. 35. nu. 3. & 6. vbi ad hoc allegat multa non refero. dixi supra in secundis alleg. nu. 153. & sequentib. quibus adde doctrinam Bart. & communem in l. centurio. nu. 18. vbi etiam Rip. nu. 95. ff. de vulg. & pupill. quam refert Crass. lib. suo sententiar. in §. substitutio, q. 4. in fin. quod vbi est datus institutus, vel substitutus cohæres vniuersalis, institutus in re certa verbis, aut communibus, aut directis ciuilibus, est obliquus, nõ directus successor. & in casu nostro, nepos est vniuersalis hæres; ideo dictæ vsufructuariæ in sensu obliquo, & non directo succedunt in vsufructu, & ita per fideicommissum.

Et si hæ mulieres essent iuris successores, esset locus cons. Ruyni 41. nu. 1. 2. & 3. vol. 2. Tenerentur de suo satisfacere creditoribus hæreditatis, & postea compensare solutum in fructibus percipiendis, vsq; ad ipsarum mortem, & si fructus non implerent solutũ, possent sibi supplere de bonis hæreditatis, & deducere finitò vsufructu. quod Ruynus ibi ait esse ex mente Bar. sed nõ sunt iuris successores, locoq; legatariorũ habẽtur, vide d. n. 153.

11 Deq; † eiusmodi institutione in re certa, posse deduci falcidiam, est opinio receptior, quicquid dicatur ex aduerso digrediendo. Id optime vidit Reuerendiss. Mant. lib. 9. cap. 13. nu. 10. de coniect.

12 Et si vt affirmatur ex aduerso, † falcidia detrahitur, duntaxat de legatis particularibus, l. 2. & l. in imponenda. & Auth. sed cum testator. C. ad leg. falcid. l. in quartam. cum ibi plene notatis. ff. eo. tit.

Et de institutione supradicta in re certa deducitur falcidia, vt dictum est ergo.

13 Institutus † in vsufructu, & sic in re certa, est legatarius, nō vniuersalis iuris successor.

14 Et si aliquando † hæres à cohærede falcidiam detrahit, est ratione prælegatorum, nō ratione hæreditatis, l. A cohæredibus. C. ad leg. falcid. l. Nesennius. ff. eo. l. ex facto proponebatur. vers. & si forte. ff. de hæred. instit. idem Reuerendiss. Rotæ Roman. Auditor. d. cap. 13. nu. 12. vers. tamen non est dubitandum.

15 Hæres enim † à cohærede falcidiā non detrahit, sed in singulis hæredibus grauatis, ratio l. falcidiæ ponenda est. §. in singulis. Insti. ad leg. falcid.

16 Virtusq; † cogendi hæredem, vt adeat, & restituat, fuit inducta, ex senat. consul. Pegas. cuius virtus postea fuit in senat. consul. Trebel. per Imperatorem translata, cogitq; fideicom. hæres vniuersalis, §. sed quia stipulationes. vers. sed etiam id quod præcipuum

17 Pegasiani, Instit. de fideic. hæred. Non legatarius ex virtute legis falcidiæ, quinimo † legatarij non cogunt, sed est liberum hæredi eorum respectu adire, vel non adire, ait text. in §. quantitas. in fin. Instit. ad leg. falcid.

Nec principium Tituli eiusdem, ait, quod falcidia fuerit introducta, vt hæres cogatur

18 adire hæreditatem, & testamentum confirmetur; Sed bene † ait, quod lex falcidia concedendo hæredi grauato vltra dodrantem, vt posset deducere quartam, eum inuitat ad adeundum, vt testamentum confirmetur. sed nil de coactione lex falcid. loquuta est, vt videtur ex aduerso supponi.

Ratio tirta quoq; est, quia in fideicommissarios vniuersales transferuntur honores, & onera, sed in legatarios particulares, tantum emolumentū sine onere; sed hæc sunt principia, non insisto. Nec forte aliter ex aduerso fuit mente conceptum, & verbum cogatur, pro inuitetur fuit acceptum; Vtilitas enim quam hæres suscipit ex quarta, falcidia videtur cogere hæredem certo quodammodo, vt adeat, & sic confirmetur testamentum. sic enim videmus sæpe aliquos dicere, utilitate coactus, hoc feci, idest impulsus vtilitate

19 hoc feci. vera † tamen coacti non est, qualis est illa, de qua in l. cogi. ff. ad Trebell.

20 Et si regula sit, † quòd institutus in re certa posit apprehendere rem sua propria auctoritate, vt ait Paul. de monte Pico, d. §. Titia, ante nu. 102. vers. Aliquando vero, & num. 103. & 104.

21 Tamen in casu huius nepotis non deseruit, quia illa regula nō habet locū, † quando hæres prius esset in possessione. quia eo casu etiā si testator expresse dixisset, vt vsufructuaria habeat licentiam apprehendendi bona, propria auctoritate, non posset ante legitimas satisdationes priuare, & spoliare hæredem alias caderet à iure suo, & interim fructus sunt hæredis, vt prudentissime docet Caualc. ad praxim rem deducendo, d. tract. de vsufruct. mul. relict. nu. 12. 13. & seq. & nu. 9. vbi ad hoc pulchra dicit.

Et hic nepos, etiam ex cōsensu ipsarum mulierum, primo loco possessionem omnium stabilium bonorum legitimè apprehendit.

22 Et eo casu † quo possunt vsufructuarij, propria auctoritate adire bona, & adeunt ante

te præstitam legitimam satisdationem, non faciunt fructus suos, Capr.cons. 139.nu.9. Bal.in l.1. C.de vsufr. nu. 15. Antonius Cioff.cons.37.num.11.in fin.

23 Et supradicta † satisdatio de vtendo, fruendo, arbitrio boni viri, & restituendis bonis, in statu in quo accipiuntur ab usufructuarijs, finito vsufructu, debet dari de bonis certis describendis, cum omnibus suis circunstantijs, & per publicum instrumentum, vt de hac certitudine loquitur Capra. cons. 9. num.5.

24 Et ratio est in promptu. Quia † cum vsufructuarius habere debeat penes se naturalem possessionem ad vtendum, fruendum, l. Naturaliter. §. Nihil commune, ff. de acq. poss. certe nisi proprietarius, aut eius hæredes, finito vsufructu haberent probationes paratas de certitudine bonorum per instrumentum aduersus hæredes vsufructuarij, interim dum fierent probationes, cum magna fortè difficultate de bonis, hæredes vsufructuarij haberent interim commodum possessionis, quod multum refert, §. Retinende, Inst. de interd.

25 Fallit † etiam regula supradicta, quia forma statuti nostri Bonon. sub Rub. Quod nullus occupet poss. &c. §. Mandantes seruari debet, antequam vsufructuarius possessionem consequatur.

Cumque facto, supradictæ vxoris vsufructuariæ, nepos hactenus non voluerit satisfacere credito D. Ludouicæ de Segnis fideicommissariæ hæreditatis D. Malchioris fratris supradicti testatoris, & sic non valuerit satis accipere, secundum certitudinem supradictã, certè, neque vxor possessionem interim nancisci, neq; suos fructus facere poterit.

26 In † ponenda ratione legis falcidiæ, respectu vsusfructus, seruanda est forma l. Hęreditatum, ff. ad leg. falc. de qua re Picus d. §. Titia nu.83. vers. sed reperio quod Angelus, & num. 85. cum seq.

Sed in hac re non immorandum, hic enim nepos, non tractat de falcidia, sed de concursu in fructibus.

27 Gozadinus † cons.47. nihil dicit, quòd huic nepoti officiat. loquitur enim de consuetudine Bulgari.

28 Et ait, † quòd ex quo testator totum, liberum, integrum vsumfructum, illi Illustriss. vxori dederat, habere debet vsumfructum, non alimenta.

Nec in casu nostro vxori dedit totum, liberum, integrum vsumfructum, vt patet in serie testamenti proposita.

29 Et nu.12.† loquitur in terminis Castren. s. hęredis simpliciter instituti, vt constat ex ratione Castrensis, quam ibi apponit, & de qua supra, & explicat in summario suo, ibi nu. 2. apertissime.

30 Paris. † cons. 94. vol.2. loquitur, in hærede simpliciter instituto, vt in casu relato per eum nu. 28. & 33. ibi, institutis hęredibus extraneis, communis est opinio. & nu.34. repetit de hærede simpliciter, & subdit rationem Castren. d.cons. 187. & num. 36.49. 54. repetit semper de hærede simpliciter.

31 Vltra † quòd illa D. Catherina erat instituta in pleno, & integro vsufructo, & alijs

32 verbis pręgnantibus, vt ibid. num. 19. & 27. Et num.40. † facit pro nepote, dum inquit, l. si alij, habere locum, vbi verba importrant totum integrale proprietatis, & vsusfructus, vt est cum quis est institutus pleno iure.

33 Et nu.45. ver. † vt quando constat, inquit, quòd vt vsufructuaria habeat integrum vsumfructum, non sufficit dictio Omnium bonorum, sed debet constare aliter, vt quia testator dicat, plenum, integrum vsumfructum, aut similia verba.

34 Et Parif. ibi testatur de † communi in hærede simpliciter instituto, vt non concurrat, & hoc est verissimum, vt per Reuerendiss. Mant. cap. 6. nu. 17. lib. 9. de coniect. de quo alias supra. Et ita super illud consilium nullum potest fundamentum poni contra casum nostri nepotis.

35 Et eiusdem Paris. cons. 97. non est ad rem nostram. Nam in prima parte supponit, vt notissimum, non posse dari concursum, inter Agnetem, & filios Berardini in illo residuo,
36 de quo agitur, † quia testator disponendo ibi, interponit tempus inter Agnetem, & Berardinum, & inter Berardinum, & eius filios, & dubitat, an filij Berardini sint pure, & directo hæredes, an per fideicōmissum ratione transmissionis, ob præmorientiam filiorū Berardini. Sed hic nepos, non per temporis interpositionem, aut per conditionem inter ipsum, & mulieres est institutus, sed pure, & eodem tempore cum mulieribus.

Et in secunda parte nu. 19. & nu. 20. loquitur in hęrede simpliciter instituto, allegādo Bal. qui reprehenditur, per Ruynum, Manticam, & alios communiter, vt dictum est supra allegato num. 17. cap. 6.

Præterea filia illa, de qua ibi agitur, nō erat instituta in omnibus bonis, nec vxori erat relictus vsusfructus in omnibus bonis, sed loco vsusfructus erant relicta vxori ducenta
37 singulis annis, de omnibus bonis relictis à testatore, † quod relictum non potest habere realem coniunctionem cum relicto filiæ, quod est aliud, & separatum, ideo non potest esse concursus. At hic nepos est hæres omnium eorundem bonorum, quorum etiam mulieres sunt usufructuariæ, ideo, &c.

38 Et Beroius † cons. 34. num. 16. vers. Adde, quod refert, quem retulimus supra in secundis nostris alleg. num. 111. & num. 124. & sequentibus optime facit pro hoc nepote, ibi videas, quia induxi late, ne bis idē repetatur, vbi etiā de cōs. 35. nu. 10. & 24. vol. 2.

39 Rolan. cons. 74. num. 6. cum seq. lib. 2. tractat de consuetudine Bulgari, respectu filij, & extranei, hæredum institutorum simpliciter, ideo nil nos turbat.

40 Bartolom. † Soc. cons. 1. nu. 13. 14. & seq. vol. 4. in prima parte, loquitur de filio insti
41 tuto in omnibus alijs bonis. † Quæ dictio alijs, remouet coniunctionem realem, & separat, vnde reijcit concursum, Caualc. suo tract. de vsufr. mul. reli. num. 63. dixi supra in secundis alleg. num. 172.

In testamento, de quo agimus, non est nepos institutus cum dictione, alijs, sed cū con-
42 iunctiua dictione, prædictis, quę † repetit eadem bona, cum eadem qualitate usufructus, Rip. in l. filiusfamilias. §. Diui, nu. 3. de leg. 1. Alba. cons. 29. Alc. cons. 75. num. 10. vol. 3. lib. 9. Doctores cōmuniter in l. si cui, la secunda. ff. de leg. 1. vide supra, vbi allegaui alios, in secundis alleg. num. 200.

43 In secunda vero parte † dum cōcludit, quòd illa vxor non concurrat, cum Geneura, & Ioanne, in particularibus relictis, & nititur assignare rationē diuersitatis, cur datur cōcursus inter relictum vsusfructus particulare, certe rei, & relictum proprietatis eiusdem rei, & non datur concursus inter relictum generale vsusfructus omnium bonorum, & relictum particulare proprietatis certarum rerum, toto errat cœlo, vt dici solet, & summus Monarca legum defecit in hoc.

44 Communis † namque sententia illa est, quòd vxor vsufructuaria omnium bonorum, concurrit in vsufructu cum proprietario certorum bonorum, & de communi testatur Caual. d. tract. num. 45. & Rol. cons. 8. nu. 31. vsque in finem, vbi tollit contraria, vol. 2. Becc. cons. 98. nu. 9. dixi in primis alleg. nu. 23. & in secundis, nu. 103. vbi allegaui alios.

Dum

45 Dum postea Soc. redit rationẽ sui dicti, & ait, † Quod in relicto singulari, vsusfructus, in substantia idem est respectu proprietarij, & respectu vsufructuarij eiusdem rei singularis, atque dominium pariter idem, errat.

46 Quia † penes vsufructuarium est formalis seruitus, sed penes proprietarium, non est
47 seruitus formalis, † quia res sua nemini seruit iure formalis seruitutis, l. vti frui, vbi glos.
48 magistra, in princ. ff. si vsusfructus petat. Sed est † respectu proprietarij suæ rei naturalis accessio, causata ex substantia rei ipsius, contineturq; sub eodem dominio, sub quo, & ipsa res continetur.

49 Et sic † patet, quod non est idem in substantia vsusfructus, vt ait Soc. Nec etiam est idem dominium.

50 Nã † dominiũ vsufructuarij, de quo loquitur Bal. in Rub. C. de vsuf. allegatus per Soc. intelligitur respectu ipsius iuris in corporalis vsusfructus, secũdum quod ipse fructuarius
51 consequitur fructus, qui sunt naturalis rei accesio † Dominium vero legatarij fundi, re-
52 spicit corpus ipsum fundi, eiusq; naturales accessiones fructuum, & sic non est idem dominium, vsufructuarius † namq; ius in re, quod seruitus appellatur habet, non autem dominium rei, l. Recte dicimus, & ibi glos. ff. de verb. signif. l. in noxalibus. ff. de damn. infect. Bart. in l. in vẽditione. in princ. ff. de bon. auctor. ind. poss. refert, & sequitur Natta, cons. 425. nu. 11. vol. 2.

53 Et ita † verum non est, quod Soc. ait, quod ideo in relictis singularibus datur concursus, quia idem vsusfructus in substantia, & idem dominium sit penes fructuarium, & pro prietarium, † secus vero inter relictum generale, & singulare, quia tunc, et dominium est separatum, & substantia vsusfructus.

Nam cui datur omnium bonorum vsusfructus generaliter, eidem datur secundũ totalitatem vsusfructus separatus, vnde cui postea datur certa res, seu fundus, intelligitur datus, deducto vsufructu: quia sicut in particularibus non est idem, vt dictum est, ita neque in relictis generalibus, & particularibus, Dominium enim vsufructuarij omnium bonorũ, respicit ipsum ius incorporale vsusfructus, secundũ quod fructuarius consequitur naturales accessiones fructuum omnium bonorum, iusque est in ipsis bonis, non dominium bonorum. Dominium vero certorum bonorum respicit ipsa certa bona, & ex ipsis fructus manantes.

54 Nec † verum est, quod dictio, omnium, tribuat totalitatem vsusfructus, & impediat concursum, nam contrarium docet Gozad. de quo supra num. 30. & Paris. de quo supra nu. 35. & testatur de communi Rol. à Vall. d. cons. 8. vbi allegat multos, vt per eum. Ad. de Rimin. iun. supra nu. 75. & sequentib. dixi in secundis meis allegationibus supra num. 223. ibi vide. ne bis idem repetatur, quia allegaui latius.

55 Ratio † autem concursus est rei identitas, per quã causatur realis coniunctio inter fructuarium, & proprietarium fundi, in eisdem enim fructibus, & emolumentis, ius vsusfru
56 ctus, & dominium proprietatis concurrunt, † qui fructus, pars integralis fundi à Bart. appellantur, in l. Re coniuncti. nu. 10. de leg. 3. & pars fundi, & rei dicuntur, in l. qui vsum-
57 fructũ. vbi scribentes. ff. de verb. oblig. quia ex intrinseca rei substantia fluunt; Vnde † in dispositione facta de rei proprietate, ipsa naturalis accesio fructuũ rei uenit, nisi expressè à testatore separetur, ait tex. in d. l. si alij, ibi. Deducto vsufructu legare oportet eum, qui nudam rei proprietatem dare intendit, alias errore labitur, & dabitur concursus. Et
58 hoc est, quod ibi significauit Alberic. cum dixit rationem explicando, † quia in dubio à

relicto proprietatis rei, non cēſetur vſusfructus ademptus, & ſequutus eſt eius dictum, poſtea Rimin. Sen. conſ. 411. quē referr, & ſequitur Reuerendiſs. Mantica d. cap. 6. nu. 20. in fine, & ſupra citauimus ſæpius. Et hoc expreſsit doctiſsime more ſuo ſolito Alciatus, conſ. 75. num. 16. lib. 9. Tomo. 3. dicens.

59 Appellatione † fructus, redditus, & prouentus, venit cauſalis, & formalis vſusfructus quia. ſ. qui vſumfructū formalem habet, ius habet accipiendi fructus, redditus, & prouētus rei, ſicur habet, & is, cuius reſpectu dicuntur vſusfructus cauſalis, ideſt is, qui rei proprietatem habet. Et ex his habemus, quæ nam ſit res, in qua ſit cōiunctio inter vſufructuarium fundi, & proprietarium eiuſdem fundi, & quod identitas illius rei, ideſt fructuū eſt cauſa concurſus inter eos.

60 Et ſi volumus † cognoſcere, quando diſpoſitio teſtatoris importet eiuſmodi realē cōiunctionem, ſic ſtatuamus doctrinam.

Vbi teſtator dat alteri rei vſumfructum, alteri vero eiuſdem rei dominium transfert per verba, quibus etiam importatur naturalis acceſſio eiuſdē rei, tunc proprietarius rei habebit concurſum in illa naturali acceſsione cum fructuario: quia tunc illa naturali acceſione coniungit, re, ipſos honoratos.

Et quia appellatione fundi, ſeu proprietatis fundi, datur totum integrale, & ita datur & rei proprietas, & naturalis acceſsio rei ideo ſi alij vſusfructus eiuſdem fundi dabitur, erit concurſus inter honoratos, niſi deducto vſufructu rei proprietas detur, ait tex. in d. l. ſi alij, & in l. ſi proprietas. ff. de vſufr. accreſc.

61 Et curandum † non eſt, an verba totum integrale importantia ſint generalia, an ſpecialia, ſpecialia, vt cum datur certum prædium, certa domus, certus fundus, Tirius ſeruus, certa ouis alba; generalia, vt cum dantur res bona, iura, actiones, ſerui, oues, boues,

62 equi, quia † cum ſic verbis generalibus diſponit teſtator, perinde eſt, ac ſi de ſingulis ſpeciebus, ſub ipſo genere comprehenſis diſponeret, l. quoties. §. vniuerſorum. ff. de vſufr. & ibi gloſ.

63 Quapropter † interrogatus de genere, ſi ſtipulanti reſpondeat, de vna generis ſpecie in illa ſpecie contrahetur ſtipulatio, vt docet Bart. in l. 1. §. fin. ff. de verb. oblig. qui enim

64 † generali nomine vtitur, perinde habetur, ac ſi ſpeciali nomine vteretur, ſingularum ſpe

65 cierum ſub genere contentarum, l. ſi chorus, ff. de leg. 3. quapropter † ſequitur, quod. l. ſi alij, habet locum inter relicta generalia, & generalia, ſingularia, & ſingularia, & inter gneralia, & ſingularia inuicem, quicquid Soc. dicat in contrarium, de qua re diximus ſupra in ſecundis noſtris allegationibus num. 101.

66 Nec † cum vni vſusfructus rei, alteri eiuſdem rei proprietas datur, eſt curandum de regula, generi per ſpeciem derogatur.

67 Quia † vſusfructus, & proprietas, non vt genus, & ſpecies ſe habent, ſed ita vt vnum non poſsit præſtari, ſine alterius diminutione, cum per concurſum fiant partes in vſufructu, vt ait Rol. d. conſ. 8. num. 37. vol. 2.

68 Bene † dicta regula haberet locum, vbi vni generaliter omnium bonorū daretur vſusfructus, alteri daretur vſusfructus certarum rerum, tunc generi per ſpeciem derogabitur. Caualc. d. ſuo tract. num. 45. pag. 215. verſ. Poſſet tamen ſaluari.

69 Dicta † enim regula locum habet, vbi genus, & ſpecies cadunt ſub eodem iure, ait Rol. ibid. & Bec. conſ. 98. num. 10.

70 Nec † verum eſt, quod dicit Soc. quòd ſi primo detur vſusfructus omnium bonorum gene-

generaliter, postea dentur certa bona specialiter, generalitas separabit totalitatem vsusfructus, à specialitate rerum, communis enim opinio est in contrarium, ut dictum est.

71 Et † in relictis eiusmodi, non est attendenda prioritas, & posterioritas, sed mens, & voluntas, & verba testatoris. §. Ante hæredis, inst. de legat. l. & cum triplici, ff. de verb. signif. Et ex his labefactatæ remanent Socini traditiones.

72 Natta cons. 297. num. 2. vol. 2 loquitur in hærede simpliciter instituto, in quibus terminis loquitur tex. in §. 1. inst. de vsufr. patet ex subiecta ratione Castrensis, de qua supra,

73 † quia hæreditas cõsistit in iure abstracto, ab omni corpore hæreditario separato. Et quia cũ simpliciter quis instituitur hæres, non constat ex alio, quod testator voluerit participare institutum aliquid de vsufructu, sicut constat, cum est institutus non simpliciter, sed pleno iure, hæres, & datur concursus, & ad hoc allegat Alex. cons. 56. vol. 3. In casu autem nostro, hæreditatis corpora sunt expressa, & sic non simpliciter nepos est institutus, quinimo omni meliori iure, quo potuit efficacius testator, & sic pleno iure, & sic deseruit huic nepoti cons. Alexandri allegatum à Natta.

74 Alciatus † quoque cons. 75. num. 15. Tom. 3. lib. 9. loquitur in instituto hærede simpliciter in parte hæreditatis, ideo nil officit nobis.

75 Capra † cons. 25. num. 5. testatur de communi, quòd consuetudo Bulgari, non habet locum in extraneis hæredibus. Et ibi non disputat de cõcursu, quia illi, qui erant vulgariter substituti hæredes, erant simpliciter substituti, vt patet in Themate posito, ibi ante summarium. Ideo in eo nullum fundamentum faciendum est.

76 Idem † Capra cons. 154. nu. 1. tractat. de consuetudine Bulgari, & concludit, quòd ex quo ille nepos non erat de liberis, non erat locus ille consuetudini.

77 Nec Capra ait, quòd l. si alij, non possit habere locum in hærede extraneo, † quinimo contrarium concludit, cum verba testatoris patiuntur, & testatur de communi, ibi, quod ille nepos concurrat cum vxore, ex quo nepotem cum vxore coniunxerat testator: vnde cum in casu nostro, in eisdem bonis coniunxit testator nepotem, concurret nepos.

78 Simon de † Præt. de interpret. vlt. vol. lib. 4. num. 47. fol. 411. à tergo, loquitur de cõsuetudine Bulgari, an habeat locum in extraneis institutis, & loquitur in simplici institutione hæredis, nec tractat de concursu.

79 Vnum † animaduerto, quod idem lib. 3. interpret. prima. sol. num. 51. tenet contra Alex. d. cons. 56. vol. 3. & sic contra communem. Tamen postea lib. 4. dubitatione decima, num. 64. fol. 413. fac. 2. mutauit sententiã, & simpliciter ait, quòd extranei instituti pleno iure concurrunt in vsufructu cũ vxore. Vnde ibi loquitur pro nepote nostro, qui verbis prægnantioribus est institutus, quàm si fuisset dictum pleno iure.

80 Reuerendiss. † Mantica de coniect. lib. 9. c. 6. nu. 17. loquitur in hærede simpliciter instituto, & assignat rationem Castrensis, de qua supra.

81 Sed † postea num. 20. in fin. subscribit Riminal. cons. 411. qui est in terminis huius nepotis nostri, vbi ait institutum in omnibus bonis concurrere cum instituto in vsufructu, quia viget ratio l. si alij.

82 Sicut, † & num. 19. subscribit casui huic nepotis, dum ostendit institutum plenarie, seu pleno iure concurrere in vsufructu. Nam, & hic nepos est institutus omni meliori modo, & iure, quo testator potuit, magis efficacius, & sic plenariè, & pleno iure.

83 Cauendum † autem est, quòd & si celeberrimus vir, ibid. nu. 20. ex rationibus ibi per eũ positis, dicat nõ esse recedendum ab illa cõmuni opinione, de qua dixerat nu. 17. quod

.l. si alij, non habet locum in hærede instituto, propterea non affirmat in casu Ruyni, quod opinio communis sit contra Ruynum.

Tunc enim hic sensus ipsius esset, si hinc inde multos in casu Ruyni cumularet auctores, & deinde affirmaret communem esse opinionem contra Ruynum. At non sic est locutus vir Reuerendiss. sed quod, sua est sententia, quod casus Ruyni comprehendatur
84 sub conclusione posita num. 17. ex subiectis rationibus ibi, † Tamen in primis, & secundis nostris allegationibus nos contrarium tenuimus.

Ratio enim illa communis Castrensis, de qua num. 17. cessat in casu Ruyni, quia in casu Ruyni, non nudum nomen iuris sine corpore exprimitur, sed exprimuntur corpora hæreditaria, cum exprimantur bona, & ita totum integrale. Vt Beroius etiam scripsit cons. 35. nu. 10. vbi ait, locum esse l. si alij, vt dixi etiam supra in secundis alleg. nu. 115.
85 quod etiam procedit ex mente Bart. vt ibi dixi nu. 123. non repeto. ibi videas, † Vnum est, quod Reuerendiss. Mantica in casu nostri nepotis, duplici ratione tenet, vt supra, quod procedit l. si alij, quicquid senserit in casu Ruyni.

86 Nec † cap. 7. num. 14. & num. 33. vers. vltimo, si extraneus, agit de aliquo concursu, sed de consuetudine Bulgari, & concludit, eam non procedere in extraneis, & testatur de communi. Sed non debuit allegari ad casum nostrum, id enim non agimus nos.

87 Curtius † Sen. cons. 15. num. 1. sæpe consului, loquitur in terminis consuetudinis Bulgari, sicut & Reuerendiss. Mantica d. cap. 7.

88 Ioannes † Bottæ, cons. 44. num. 3. vers. hoc tamen procedit, & num. 4. cum sequenti loquitur in eisdem terminis.

89 Antonius † Cioffius cons. 37. num. 1. cum seq. eadem tractat. & omnes testantur, & bene de communi; quòd consuetudo Bulgari non habet locum in extraneis, nec nos id negamus, immo asserimus, & communem, & communissimam.

Sed tamen nullibi legimus hactenus, post magnũ studium adhibitum in hac materia.

90 Quod † communis sit opinio. Vt institutus hęres proprietarius in bonis omnibus, rebus, iuribus, & actionibus prædictis, in quibus testator vxorem, & sororem voluit esse vsufructuarias, durante, & extincto vsufructu ipsarum mulierum, omni meliori modo, via, forma, iure, causa, quibus magis validius, & efficacius potuit testator, non concurrat in vsufructu. Maxime cum ex parte mulierum nullum verbum sit appositum significatiuum, totalitatis vsusfructus; vt patet in serie à principio huius voluminis de scripta num. primo.

91 Quinimo † Riminal. Sen. cons. 411. lib. 3. tenet, quòd institutus in omnibus bonis, concurrit cum instituto in vsufructu, & licet ibi dicat, quòd illa mulier erat sibi infesta, & quod non permittebat sibi, ut libros multos posset aperire ad inueniendam decisionẽ illius casus, propterea ipse de illa sua decisione non dubitat, quinimo affirmat, rationẽ l. si alij, eo casu locum habere. prout sic etiam refert, & sequitur Reuerendiss. Mantica, & quod Rimin. contraria dissoluit, d. cap. 6. num. 20. in fin. Et Beroius d. cons. 35. nu. 10. citra aliquam titubationem ait rationem l. si alij, de toto integrali militare in casu prædicto, & fuit etiã de mẽte Bart. d. cons. 33. num. 2. & dixi in secũdis allegationib. nu. 123.

92 Et profectò, † nullus sane mentis, & rectæ conscientiæ vir, ad alicuius importunitatẽ mouetur ad cõsilium dandum in casu, in quo dubitat, an bonum ius foueat pars, pro qua respondet, Nec habuit Riminaldus sensum hunc, sed bene videbat, quod ratio l. si alij, ha
93 bebat locum in illo casu, & allegauit † Albericum dicentem, quòd in relicto proprietatis

rei,

rei, vsusfructus. s. causalis in dubio, non censetur ademptus, & id habebat pro firmo, cum haberet rationem legis, sed desiderabat inuenire, sicubi ille casus esset decisus. Et non ob stat, quòd ille casus est, quando mulier est instituta in vsufructu, & hęres in bonis, quia cũ
94 testator instituit hæredem in vsufructu ex virtute verbi, † vsusfructus intelligitin rebus in corporibus, vt patet ex definitione posita institutionibus eo. tit. in princ. Ius vtendi, fruendi rebus alienis, salua rerum substantia, estq; ius in corpore, &c.

Et casus Riminaldi seruit in terminis in casu huius nostri nepotis, prout & Excellentiss. Hippolytus ait supra suo cons. pro eod. num. 29. quinimo coadiuuatur hic nepos verbis plenioribus, vt patet in serie, additur enim dictio illa prædictis, quæ coniungit repetendo cum eisdem qualitatibus, vt supra dictum est. ad sunt etiam illa verba. durante, & extincto vsufructu, & institutio eius informatur illa clausula plenissima, omni meliori iure, vt in serie prædicta, ex quibus omnibus redditur indubitabilis hic concursus nepotis.

95 Nec Ruynus † cons. 40. num. 4. cum seq. vtitur aliquibus fallacijs dum redit rationem de hærede instituto simpliciter, & de hęrede instituto explicite in omnib. bonis vt ex aduerso affirmatur, quia ratio per Ruynũ allegata in casu, cũ quis est nominatus hæres simpliciter, est viua, & communis, vt per Reuerendiss. Mantica supradicto num. 17. & per Castrensem supra allegatum.

Quod tali casu stat hæres etiam in nudo iure, & sine vsufructu, & sine corporibus, si sic testator voluisset, puta quia omnia bona legasset, aut omnium bonorũ vsumfructum, l. Hæreditas. ff. de petit. hęred. l. quoties. ff. de hęred. instit.

96 Potest † enim omnium bonorum vsusfructus legari, nisi excedat dodrantem, l. omnium, in princ. ff. de vsufr. quæ ratio cessat cum testator vult hæredem, non in nudo iure tantum, sed expresse in bonis hæreditarijs. Tunc enim (ait Ruynus) est hæres in generalitate, cum exprimuntur bona, sed cum non exprimuntur, est in vniuersali iure tantum,
97 † longam autem esse differentiam inter vniuersale, & generale, demonstrat Ruynus argumentis inexpugnabilibus, non autem fallacijs, sic enim arguit.
98 Vniuersale † verbum, hæres, seu hæreditas, necessariò non significat singulares hæreditarias.
99 Sed † generale verbũ bona, aut aliud simile, exprimit singulas bonorũ species, probat. Si vniuersale nomen hæreditatis significaret singulas res hæreditarias, & hæreditas, & bona hæreditaria essent idẽ, sequeretu, quod vendita hæreditate ab aliquo, euicta vna re
100 hæreditaria, vendens teneretur de euictione, † Consequens est falsum, quia de euictione tali casu non potest agi, l. 1. C. de euict. Item sequeretur, quòd posset aduersus vendi-
101 torem agi redhibitoria pro vna re hæreditaria morbosa. Sed † consequens est falsum, l. Proinde. ff. de edil. edict. ergo hæreditas, & sic vniuersale aliud est, quàm res singulæ sub vniuersali comprehensæ.
102 Confirmat † Ruynus, interrogatus quis à stipulante, an promittat, quid vniuersale, puta hæreditatem, gregem, peculiũ, si respondeat de vna re hæreditaria, aut de vna oue
103 alba, aut certa re peculiari, non ualet stipulatio, quia † interrogatus de vna re, si respondeat de alia re, non tenet stipulatio, nec contrahitur aliqua obligatio, aut naturalis, aut ciuilis, si iterum non fiat interrogatio de re, de qua fuit responsum, dicunt doctores communiter post glos. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obligat.
104 Sed † interrogatus de vniuersali, si respondeat stipulanti de re particulari, non respondet ad interrogata, sed ad aliud, ergo aliud est vniuersale, aliud singulare, & ita Bar. docet

in Rub. ff. sol. matr. & post eum ibi alij scribentes, dũ tractant, an Dos sit ius vniuersale.

105 Sic in † proposito, quando testator Titium instituit hæredem, nec explicat in bonis, & deinde omnium bonorum vxori vsumfructum dat, vxor habebit totum vsumfructũ, & procedit tex. in primo. §. Inst. de vsufr. & l. omnium in princ. ff. de vsufr. quia stat hæreditas per se sine vsufructu, sicuti genus, puta animal stat in vniuersali sua substantia Animal, licet vna eius species summoueatur. Nec tunc testator ex parte hęredis exprimit aliquid, in quo possit fieri realis coniunctio inter vsufructuariam vxorem, & hæredem, & sic eo casu non est locus. l. si alij, ait Ruynus. Quod autem, vbi enunciatur nomen generale, vt bona, res, iura, actiones, oues, boues, serui, equi, prædia, & similia, tunc talis enunciatio, enunciet singulas generis species, probat, l. quoties §. fin. ff. de vsufr. l. si chorus de leg. 3. & probatur.

106 Quia † si quis interroget, promittis mihi seruos tuos, bona tua, prædia tua, & respondeat stipulanti interrogatus, promitto Titium seruum, prædium Tusculanum, domum Mæuianam, obligatio contrahitur in re illa singulari, de qua respondet, ait Bart. in l. 1. §. fin. ff. de verb. obligat. sic cum testator instituit hæredem in omnibus bonis, & vxori legat vsumfructum omnium eorundem bonorum perinde est, ac si instituisset in singulis bonis hæredem, & vxori legasset in singulis vsumfructum, & ita habebit locũ dispositio l. si alij, ait Ruynus, quæ rationes nullam sapiunt fallaciam.

Quia apparet longam esse differentiam, inter casum hæredis simpliciter instituti, & hæredis instituti in omnibus bonis.

107 Et quod † tradit Ruynus de diuersitate nominis vniuersalis, & nominis generalis, procedit non tantum in materia stipulationis, sed in omni alio contractu, & dispositione. si .n. quis vendat omnes seruos suos, tenebitur de euictione singulorũ, secus si vendat hæreditatem, quia qui vendit res generaliter, vendit singulas species, sed qui vendit vniuersitatem, non vendit singulas res in hęreditate existentes. sic qui gregem relinquit, & alij gregis vsumfructum dat, aut peculium relinquit, & alij vsumfructum peculij dat, de diuersis, & separatis omnino disponit. At si res peculiares vni, alij vsumfructum rerum peculiarum relinquit, tunc non omnino de diuersis disponit, sed in altera parte integrali, quæ sub toto integrali rerum peculiarum cõtinetur, hoc est in fructibus facit coniunctionem inter fructuarium, & proprietarium, & sic concursum ex dispositione l. si alij. Vnde patet, quòd Ruynus rationibus firmissimis ostendit inter vniuersale, & generale differentiam, non autem fallacijs.

108 Grex † est quid vniuersale aptum natum comprehendere, multa, & pauciora corpora animalium, aliudq; est grex, aliud singula corpora gregis.

109 Hæreditas † est quid vniuersale in iure consistens, aptum natum comprehendere multa iura, & multa corpora hęreditaria, & est aliud ab ipsis rebus hæreditarijs.

Dixi aptum natum, quia potentia potest multa comprehendere, sed non est necesse, vt actu comprehendat. nam alias dictum est, quòd qui nihil habet hæreditatem tamen &
110 hæredem habere potest. Comparaturq; † Naui, quę Nauis est si sit multis mercibus onusta, si nullę sint in ea merces, si sit aliquibus delibata.

111 Vnde † legata dicuntur hæreditatis delibatio, per metaphoram sumptam à Naui.

112 Peculium † quoque ius est aptum natum comprehendere plura iura, & plura corpora peculiaria, aliudq; est ab ipsis, nec aliter sentit Ias. in l. 1. §. fin. ff. de verb. obligat. & Bart. in Rub. ff. sol. Matrim.

Totum

113 Totum † integrale dicitur, quòd ex suis partibus integralibus constat, quarum vna remota, desinit esse totum integrale, l. Eum qui ædes.ff.de vsucap. Bar. in l. Re coniuncti, num. 10 & ibi Ripa num. 34 & nouissimi Bononien. nu. 171. ff. de leg. 3.

114 Voluntq; † scribentes, totum integrale esse, quod ex proprietate, & causali vsufructu consistit, siue sit species certa, vt prædium Campanum, siue quid generale, vt prædium, Stichus seruus, serui omnes, ouis illa alba, oues omnes, illud ex bonis, bona, seu omnia bona l. qui vsumfructum, ff. de verb. obligat.

115 Voluntq; dari totum hoc integrale, ex verbis pleno iure, plenariè, Reuerendiss. Mant.
116 d. cap. 6. num. 19. Alex. cons. 56. vol. 3. Item † ex verbis, in omnibus bonis, in omnib. rebus, in omnibus iuribus, & actionibus, Bero. d. cons. 35. num. 10. Bart. Rimin. Caualcan. supra allegati.

117 Et † l. si alij, habere locum, & in singularibus, generalibus, & vniuersalibus relictis, vbi datur totum integrale, est ex mēte omnium, & nos probauimus in nostris secundis alleg. late. ibi videndum num. 101. & sequentibus.

118 Nomina † namq; generalia fuerunt inuenta ad effectum, ut sub quadam collectione singula exprimamus, necesseq; non sit singula enumerare, dicunt nouiss. Bonon. in l. Hæredes mei, in §. cum ita. ff. ad Trebell.

119 Et sicut † verbis singularib. totum integrale, & proprietatis, & vsusfructus exprimimus, vt cum enunciamus, fundum Titianum, domum Mæuianam, prædium Tusculanum, ita cum generalibus verbis singula colligimus, totum integrale generaliter singulorum exprimimus, & hoc dubium non est.

Et stat generalitas, & specialitas rei, cum institutione hæredis, vt diximus supra secū
120 dis allegationibus, num. 118. † & operatur multum, vt l. ex facto ff. de hæred. instit.

Et hæ mulieres vsufructuariæ loco legatariarum habentur, vt supra multis confirmauimus, num. 11. nec sunt hęredes vniuersales, vt falsò supponitur ex aduerso.

Et cum generalitas stet cum vniuersalitate, qualibet operatur effectus suos, nec vniuer
121 salitas absorbet generalitatem, nec è contra, † Quia actus potentior non absorbet actum minus potentem, cum sibi inuicē non repugnant, sed possunt simul stare. Doctores post Bart. Soc. in Rub. ff. de verb. oblig. in tractatu, quādo stipulatio addita contractui trahat ad se illius naturam, vel eius sequitur naturam.

122 Bene † cum repugnant, & sunt dissimiles, actus potentior, & plenior attenditur, & qui producit effectū pinguiorem Cephal. cons. 369. nu. 79. vsque ad nu. 88 libro 3. Roman. cons. 509. nu. 9. Rimin. iun. cons. 181. nu. 40. lib. 2. Rol. cons. 34. num. 23. & 24 cum seq. lib. 4. Bart. in l. si te solum, & in l. si ita scriptum fuerit. ff. de hæred. instit. Dec. cōs. 9. nu. 15. lib. primo Crotus cons. 14. nu. 49. lib. primo cū alijs cumulatis ad hoc ex aduerso.

123 Ad † causandum concursum in vsufructu, non est necesse, vt respectu vsufructuarij, eius relictum consistat in toto integrali, sed satis est, totum integrale esse datum proprietario, vsufructuario enim dantur fructus, qui etiam dantur proprietario in suo toto integrali, & in illis fit realis coniunctio, vt supra declaraui.

124 Et sicuti † fundus, non dicitur fundus, si honoratus non habeat concursum in fructibus, ita etiam, res, iura, & actiones non dicētur esse penes hæredem proprietariū, nisi cōcurrat in fructibus, quicquid ex aduerso contradicatur.

Ex quibus firma remanent tradita per Ruynum, virum ob eius doctrinam admirandum in d. cons. 40. vol. 2. reiectis oppositis fallacijs ex aduerso.

125 Et qui † non ſibi contradicit, in conſ. 190. num. 9. lib. 2. quia loquitur in caſu hæredis inſtituti ſimpliciter, & ita in hoc caſu allegat eum vir ſapiétiſsimus Mantica d. cap. 6. nu. 17. & nu. 20. vt in caſu diuerſo, & limitatiuo, caſus d. nu. 17. & hoc eſt notiſsimum. Nec excellétiſs. Mática in aliquo loco ibi dicit, ꝙ Ruy. ſibi cótradixerit, vt ex aduerſo aſſeritur.

Si l. ſi alij, habet locú in generalibus relictis, ſecundú magis communem opinionem, ut teſtatur Michael Craſ. in ſuo lib. ſenten. §. legatú q. 25. nu. 25. & tandem ex aduerſo hoc conceditur, licet multis fuerit inſtatum, quod l. ſi alij, habeat locum tantum in relictis ſin-

126 gularibus fundi, † Quare non eſt adducta ratio, cur in titulo inſtitutionis hæredis, in omnibus bonis, & ſic in generalitate bonorum, non habeat locum l. ſi alij, quando eorundé omnium bonorum vſusfructus eſt datus vxori, aut tit. legati, aut inſtitutionis? Nó enim titulus repugnat, vt ſupra in ſecundis allegationibus multis oſtendimus nu. 118.

127 Cum † teſtator in fauorem nepotis ſui diſpoſuit, vt hæres eſſet in omnibus bonis, omni meliori iure, durante, & extincto vſufructu vxoris, & ſororis, non habuit ſententiam tollendi illud dubium, excitatum à doctoribus, an facto relicto vſusfructus omnium bonorum in fauorem vxoris, valeat relictum. de quo per Ioannem Dilectum, de Arte teſtandi, tit. de legatis, caut. 39. & per Picum in d. §. Titia, num. 97. verſ. Vigeſimoſexto quæro, vſque ad num. 103. vt ex aduerſo reſpondetur his, quæ conſiderauimus in noſtris primis alleg. num. 40. quia illa dubitatio procedit, quando proprietarius conſtituitur hæres poſt mortem vſufructuarij, aut ſub conditione, aut poſt certum tempus, eo quòd iſto interim nullus ſit hæres, & ideo non videtur valere relictum vſusfructus. Sed nullum dubium eiuſmodi formarunt Doctores, vbi hæres proprietarius eſt inſtitutus hæres purè. Et nepos hic eſt inſtitutus pure, non poſt mortem ipſarum mulierum, nec poſt tempus, nec ſub aliqua conditione; & ideo manet firma conſideratio noſtra facta de illis verbis.

Nec potuit, aut poteſt inoleuiſſe ſtilum apud notarios, illa verba apponédi, quia diſpo-

128 ſitiones † omnes, & maxime inſtitutiones ad teſtatorem, non ad notarium pertinent, nec ex eorum ſtilo poſſunt alterare illas notarij, vt diximus ſupra, & in primis allegationibus nu. 34. & in ſecundis num. 215.

129 Et multa † poſſunt videri teſtamenta, in quibus cum teſtatores nudam dant proprietatem, ſic ſcriptum legitur, Vſufructu durante quo ad nudam proprietaté, & eo extincto, quo ad proprietatem, & vſumfructum inſimul cóſolidatos hæredem eſſe voluit Gaium. Idque non ex ſtilo eſt notariorum, ſed quia ſimilibus verbis voluntas teſtatoris clara demonſtratur, poſſunt namque notarij, & alijs verbis vti, ex quibus poſſit voluntas teſtatoris manifeſtari.

130 Et † tunc minus ſtilus in diſpoſitionibus non eſt admittendus, quando talis eſſet, ex quo alteraretur diſpoſitio, vt eſſet in caſu prædicto, quando teſtator inſtitueret hæredem proprietarium poſt mortem vſufructuarij. ſi enim tunc notarius ex ſtilo diceret, durante, & extincto vſufructu prædicto, inſtituit poſt mortem Titium, certe perplexa eſſet teſtatoris voluntas redita; Nam ſi poſt mortem vſufructuarij inſtituit, quomodo dicitur, du-

131 rante vſufructu? Et ſi durante uſufructu, quomodo poſt mortem? † Et in effectu, in actu diſpoſitionis, & ſubſtantia, notarius ex ſuo nihil debet apponere. alias ſibi fabricaret ad gehennam, vt diximus in ſecundis alleg. num. 218.

Nec propterea verba illa (& eo extincto) dicentur ſuperflua, ſi dicamus, quòd teſtator voluit pleno iure omni tempore nepotem hæredem, & durante, & extincto vſufructu, contra regulam l. ſi quando. ff. de leget. 1. & cap. ſi Papa de priuileg. in 6.

132 Si-

132 Significauit tenim testator sic, realem coniunctionem, & ius non decrescendi vlterius, post mortem vsufructuarium, tempore enim quo vsusfructus mulierum durare poterit, si fortè mulieres non concurrent, nepos erit hæres pleno iure, per ius non decrescendi, ex natura realis coniunctionis, & si concurrent realis coniunctio operabitur diminutioné pro semisse durante concursu, sed finito vsufructu amplius non decrescet aliquid nepoti, sed permanebit hæres pleno iure; Hoc enim operabitur realis cóiunctio, vt fœliciter expressit doctissimus Boccaferreus supra in sua subscriptione num. 11.

Et ita cum dicta verba non possint referri ad dubium tollendum, de quo supra, & cum superflua non reddantur ex reali coniunctione supradicta, cuius natura est tribuere solidú ab initio, licet per concursum possint postea fieri partes, & cum finito vsufructu, vlterius non minuantur fructus, patet, quòd ex dictis verbis colligitur, quòd testator voluit pleno iure suum nepotem hæredem omni tempore, sed tempore quo vsusfructus poterit durare, si mulieres voluerint, fient partes pro semisse per concursum, propter dispositioné de vsufructu factam in earum fauorem in eisdem bonis, & ita per realem coniunctionem in fructibus, sic à testatore dispositam.

Et ita omnia verba consonant, nec aliquid remanet superfluum.

Neque ex eo, quòd testator fecit dispositionem de iure accrescendi inter mulieres, & non dixit de nepote, infertur, quòd nepoté voluerit nudum proprietarium, quinimo potest contrarium colligi ex hoc, vt dixi in secundis alleg. nu. 184. non repeto.

Dum enim testator sic de iure accrescendi disponeret, cú adhuc nihil dispofuisset de nepote, certè inferri nullo modo pôt ex eo aliquid aduersus nepoté, de quo postea disposuit, sed consideranda sunt verba, quibus postea institutus est, an faciant realem coniunctionem cum mulieribus, prout facere multis probatum est.

133 Nec maior † dilectio testatoris arguitur vsufructuariarú, propter ius eis datum accrescendi in portionibus suis, quam hæredis; Nam, & inter legatarios re coniunctos est ius accrescendi secundum omnes, in l. Re coniuncti. ff. de leg. 3. Inde tamen nullus dicere poterit rationabiliter, magis dilectos legatarios hęrede vniuersali, à quo tale ius accrescendi remouetur.

134 Clausula, † omni meliori modo, refertur & ad filios nepotis, & ad nepotem prius, vt latè de ea diximus in secundis allegationibus nu. 211. vbi videndum.

Et quod confirmet tantum, non alteret, quando est apposita, post disposita, secus cú additur substantiæ dispositionis, ibi videndum num. 214. Nam ex eis clara replicatio colligitur ad opposita.

135 Verum sanè est, quòd additur ex aduerso; Quod † proprietarius non potest concursum habere, quando testator verbis expressis, exclusit concursum, & optime probat l. si alij, ibi deducto vsufructu proprietatem fundi lego.

136 Expressam † namq; testatoris voluntatem sequi debemus l. In conditionibus, ff. de condict. & demonstr. Dec. Pedem. 126. nu. 11. Bal. l. cum quidá. C. de impub. & alij.

137 Sicut † & verba, à quibus non debemus recedere, l. non aliter, l. ille autem ille, ff. de leg. 3. Sed falsum est, quòd in casu nostro testator expresse excluserit nepotem, immo verbis institutionis dedit totum integrale nepoti, & fecit realem coniunctionem cum mulieribus, vt ostensum est multis, & Bero. d. consi. 35. num. 10. hoc enunciauit verbis apertissimis, & Rimin. Sen. d. consi. 41. & Caualc. d num. 45.

Nec obstat, quòd testator voluit vxorem, & sororem omnium bonorum esse vsu-

138 fructuarias. Et qui † omne, dicit nihil excludit. l. Iubemus, ff. de legat. 3. l. Ab Anastasio. C. mand.

Quia respondetur, quòd & nepos est institutus in omnibus bonis, rebus, iuribus, & actionibus prædictis, & sic in quibus testator voluit mulieres vsufructuarias, & ita voluit realem côiunctionem in fructibus, & fateor, quòd nullam rem exclusit testator ex bonis, in qua mulieres vsumfructum non habeant, sed & nullam rem exclusit testator ex bonis, in qua nepoti non dederit totum integrale, & ita concursum in fructibus.

139 Nec dictio † (omnium) ex parte mulierum, significat totalitatem vsusfructus, vt dixi supra respondendo ad cons. Soc. nu. 54. & in secundis alleg. latius nu. 223. non repeto. & in indiuiduo huic argumento respondet Picus in d. §. Titia doctoribus Mediolanensibus, qui eo vtebantur, vt ibi dixi. videndus etiam ad hoc excellentiss. Hipp. Rimin. supra suo cons. nu. 75. & sequentibus.

140 Nec repetita in dato iure accrescendi, dat totalitatem, Quia quæ † singula non habent virtutem, neque multiplicata habebunt, ad tradita in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. obl. Et dictio (prędictis) etiam est repetita ex parte nepotis, & de ea etiam dixit excellentiss. Rimin. cons. supradicto nu. 38.

141 Beccius † cons. 98. allegatus in contrarium, loquitur pro nepote nostro nu. 11. quia & hic nepos est institutus pleno iure, cum sit institutus omni meliori iure, quo testator potuit. Et nu. 12. loquitur in hęrede simpliciter instituto, vt patet ex ratione subięcta Castrensis, de qua supra.

142 Et §. † 1. Inst. de vsufruct. loquitur in hærede simpliciter, sed restringitur, vbi datur totum integrale, vt in casu nostro, & ampliatur l. si alij, vt multis supra confirmatum fuit, non repeto.

143 Et non † est dubium, quòd si testator deducto vsufructu, aut in nuda proprietate nepotem hunc instituisset, quod non daretur concursus, ex d. l. si alij.

Sed in casu nostro, nullum verbum eiusmodi, sed plenioribus verbis, vt dictum fuit.

Neque ex eo, quod primo omnium bonorum vsumfructum dedit mulieribus, dici-
144 tur postea dedisse nudam proprietatem nepoti. † quia mens, & verba testatoris attendũtur in vltimis voluntatibus, non prius, & posterius, §. Ante hęredis inst. de legat. dictio. n. illa (omnium) non excludit concursum, vt supra dictum est. & egregiè Rimin. iun. supra in suo respon. hoc diluit nu. 91.

145 Et licet † dempta veste; ens secundum terminos naturales dicatur remanere nudum,
146 vt hoc ad sensum patet, vnde † quærere rationem esset debilitas intellectus, secundũ Bal. in Rub. ff. de rer. diuis. ad fin. vt allegatur ex aduerso. Dico, quòd propter coniunctionem realem, nostrum ens, hoc est nepos, non remansit nudus, sed ab initio indumentis integris vestitus, & postea per concursum non remanebit nudus absolutè, sed partim cum vestimentis, partim sine, ait tex. ad literam in l. si tibi decem milia, vers. Nam, & si fundus. ff. de vsufr. ear. rer. quę vs. consum. Nam si mulieres in omnibus, nepos quoq; in omnibus prędictis, & sic in vsufructu, vt alias ostensum fuit, non repeto.

Et eadem coniunctio realis operatur, vt stet simul, quòd durante vsufructu mulierum, hic nepos sit proprietarius cum concursu in fructibus, & quod etiam mulieres, & ipse fructus per concursum capiant, durante eorum iure vsusfructus.

Nec propterea sequens institutio de nepote plena, contradicit institutioni usufructus
147 in fauorem mulierũ pręcedenti: quia non † adimit realis coniunctio, sed coniungit, aliud enim

enim est ademptio, aliud coniunctio realis, vt cuilibet est notissimum, ex traditis in d.l. Re coniunti, & in tit. de adimen. legat.

Et dictio omniũ, non tribuit totalitatẽ vsusfructus, vt dictum est, & est cõmunis opinio, vt supra dictum est ex Rol. cons. 8. vol. 2. vnde replicetur, triplicetur, & multiplicetur enunciando, Cum testator postea, etiam nepotem hæredem in omnibus bonis prædictis, fit repetitio cum omnibus qualitatibus, & in omnibus replicationibus. Nullibi enim recipitur, quod per dictionem, omnium, detur totus, & integer vsusfructus, vt dictum est.

Et dictum est, quòd non refert, quod testator prouidendo mulieribus, nunquam de nepote dixerit aliquid, sat enim est, quòd postea nepotem instituit, verbis importantibus totum integrale, & æquipollentibus institutioni factę pleno iure, sic enim postea testator realiter coniunxit nepotem mulieribus, & dedit concursum.

148 Et decisio, † §. 1 Inst. de vsufr. non fundatur in eo, quod primo de proprietate disponitur, deinde de vsufructu, quia ista prioritas, & posterioritas non attenditur, vt dixi, & cõfunditur ex. §. fil. Sempronius Attalus, ff. de vs. & vsufr. leg & ex l. si proprietas. ff. de vsufr. accrescen. sed fundatur in ratione, quia hæres, & hæreditas stat in sua substantia sine vsufructu, cũ testator non addit verba significantia totũ integrale bonorum hæreditariorũ.

149 Nec obstat tex. in l. quoties in princ. ff. de vsufr. ibi enim tex. probat, † quòd vbi actus vni soli tribuẽdus est, & est facienda aliqua prælatio, tunc prænominatus præponi debet, & ita declarat illum textum. Auerardus allegatus in sua Cẽturia, in loco ab ordinę in tertio effectu, & in primo effectu, ibi, si rectè ponderetur est pro nobis. Sed vbi testator vtitur verbis, quibus re coniungit honoratos, prius, & posterius non attendimus.

150 Nec nos dicimus supradicta iura probare, ratione differentiæ numeralis, † quæ non alterat dispositionem, ad Bal. allegatum in l. 1. num. 4. ff. de acq. poss. sed in mutatione ca-

151 sus, modo enim iurisconsultus † præponit dispositionem vsusfructus, modo præponit dispositionem proprietatis, & non curat in hoc prius, & posterius, sed verba, quibus datur totum integrale, vel non datur. Et in ea se fundat Bar. in l. Re coniuncti num. x. & Alberic. in d. l. si alij, & Rimin. Sen. d. cons. 411. & Reuerendiss. Manrica, qui eum refert. d. cap. 6. nu. 20. in fine. Et est tex. in terminis in. §. Ante hæredis Inst. de vsufr.

Nec video ex parte mulierum vsufructuariarum aliqua verba importantia totum, plenum, integrum vsumfructum, vt supponitur ex aduerso, Nam dictum est, quòd dictio, omnium non importat, vt est communis doctrina, de qua supra.

152 Et verum non est † tex. in l. si alij, procedere tantum in terminis suis. s. in relicto fundi, seu proprietatis fundi, pariter, & tex. in l. si proprietas. ff. de vsufr. accresc. procedũt enim in omne casu, in quibus datur totum integrale, vt in prædijs, bonis, & similibus, vt Caual. d. num. 45. Bart. cons. 33. nu. 2. Bero. cons. 35. num. 10. supra allegatis.

Et in casu nostro nepotis, non dixit testator deducto vsufructu, nec dixit nudum proprietarium, vt supponitur ex aduerso, sed vt in serie testamenti.

Quapropter ex prædictis pro nepote concludendũ venit, cum, & voluntas testatoris, & verba id suadeant, & his, qui suo animo contrariũ conceperunt, respondendum, vt respondet Iurisc. in d. l. si alij.

153 Errore † lapsi sunt, putantes testatorem in vsu dictorum verborum totum integrale dantium, nudam dedisse proprietatem, non addendo, deducto vsufructu, aut similia verba, vsusfructus separationem significantia. Illa generalia addita, sunt verissima.

154 Quod † vbi voluntas testatoris concurrit, illa debet attendi. §. disponat. Auth. de nup.

Et

155 Et quod † potuit testator in vnius personam disponere de proprietate nuda, & in alterius de vsufructu, §. 1. Inst. de vsufr. l. si alij. ff. de vs. & vsufr. leg. quem tamen tex. intelligo in hærede simpliciter instituto, vt supra.

Et quod etiam ex mente, & ex verbis colligi potest, quòd vni dederit vsumfructum, & & alteri proprietatem nudam. quod ego intelligo iuxta doctrina Beroij cons. 34. de qua

156 supra in secundis allegationibus meis nu. 126. vt † colligamus ex expressis in testamento, non autem ex non expressis.

157 Et quod in † dubio standum est scripturæ, etiã si aliud in intentione fuisset, de quo non constat, vt inquit Bart. in summario d. l. si alij.

158 Propositum enim † in mẽte retentũ, nihil operatur, l. si repeten. C. de cond. ob. caus.

159 Et quia † non sufficit, quod testator ita voluerit, nisi ita disponat, l. quidam cum filiũ, vbi Bal. & Imol. ff. de hæred. instit. Dec. cons. 442. num. 10.

160 Et argumentum † à contrario sensu, etiam in vltimis voluntatibus valet, & tenet, secundum communem opinionem, quam ponit Curt. iun. in l. 1. nu. 59. ff. de off. eius.

Hæc inquam omnia, rectè scripta sunt, sed accõmodantur ad casum huius nepotis.

Dicimus enim voluntatem testatoris esse, nepotem hæredem esse pleno iure, vt supra probatum fuit.

Et disposuit testator, ut potuit in personam mulierum de vsufructu, & in personam hæredis de proprietate, non tamen de nuda, sed de plena.

Et quod verba testatoris expressa in institutione huius nepotis, sonant plenam, non nudam proprietatem, & talem eius mentem ostendunt.

Et in casu nostro, verba nõ sunt dubia, sed ex multis clara, tamen in dubio standum est ipsis verbis, iam enim ostendi, quod ex proprietate, verba testamenti nostri important fructus in fauorem nepotis, vt in secundis allegationibus. num. 40. vnde habet locum l. Non aliter ff. de leg. 3.

Et quod si testator in mente retentum aliud propositum habuisset. s. dare nudã proprietatẽ, seu ꝓprietatẽ, deducto vsufructu, nihil operatur, cũ totũ integrale, verbis expressis dederit, & nõ dixerit deducto vsufructo, iuxta d. l. si alij. Nec dicitur deducto vsufructu disposuisse, eo quod primo loco de vsufructu disposuerit, vt supra ostẽdimus. quapropter omnis hæc subscriptio ex aduerso deducta, seruit nepoti, nec in aliquo contradicit.

Nec mihi vllo vnquam tempore suadebitur, voluntatem testatoris fuisse vxori ad secundas nuptias transituræ, dare fructus vniuersos, excluso ab eis sanguine sibi coniuncto nepote ex sorore, id maxime, verbis contrarium sonantibus.

Nec quis moueri debet contra nepotem hunc, ex Pico d. §. Titia cum nuberet. nu. 82. quia supra data est responsio.

161 Nec ex cons. Rim. t. 411. nu. 5. quia ibi Riminal. sibi consonat, pro casu huius nepotis, vt supra dictum est. Nam in vers. Item expresse ponit, si rectè inspiciatur, respondet ad cons. Castren. duobus modis, Primò, quia Castren. non aperit de concursu, ibi in vers. Veruntamen non aperit. Secundò, respondet, quòd casus suus, & noster est diuersus à casu Castrensis, quia illa mater erat instituta in vsufructu, sicut, & has mulieres testator hæredes vsufructuarias esse voluit, & filia ibi erat instituta hæres omnium bonorum, sic, & nepos hic noster. Ideo cons. Castren. quatenus negaret concursum, non procedit in casu suo, & nostro, in quo est concursus ex dispositione l. si alij. Casus enim Castrensis est, quando vni vsusfructus legatur, alteri proprietas simpliciter.

Nec

Nec creditur verum, quòd quando verbum proprietas est prolatum per se sine subiecto, quod intelligatur de nuda proprietate, cum subiectum est expressum ex parte vsufructuarij, quia intelligitur repetitum ex parte proprietarij, vt dixi supra in secundis alleg. num. 50. & 53. & hoc admisso citra præiudicium veritatis, nihil obstat ad propositum nostrum, quia ex parte nepotis est repetitum idem subiectum, bonorum, rerum, iurium, & actionum, cum dictione, prædictis repetitiua eiusdem qualitatis, vt supra dictũ fuit.

Et verbũ, proprietas, additum bonis, rebus, iuribus, & actionibus, importat proprietatem cum fructibus, vt multis ostendimus in supradictis nostris secundis allegationibus num. 27. & sequentibus.

Et Rimin. ibi concludit pro illa filia, quæ est instituta in bonis, sicut & nepos noster, & pro ea arguit, vnde non debuit allegari contra hunc nepotem.

Et de cons. Ruyni 190. & 40. & 35. diximus supra, quod consonant, non contradicunt, diuersificantur enim casus, non repeto. prout, & Reuerendiss. Mantica num. 17. & num. 20. d. cap. 6. vt diuersorum terminorum allegat. Et etiam communis est opinio, vt supra dictum est; quod dictio, omnium, non importat totalitatem vsusfructus.

162 Bal † in l. fin. num. 9. C. de indict. vid. roll. non debuit allegari contra nepotem, quia Reuerendiss. Mantica d. cap. 6. num. 17. illũ allegat pro casu, etiam hæredis instituti simpliciter, licet reprobetur.

Et dum ibi Bal. ait, quòd cum omnium bonorum vsusfructus datur, intelligitur totius patrimonij, loquitur respectu casus superioris, in quo non totius patrimonij, sed alimentorum respectu, dicitur vsusfructus relictus. Non autem intelligit Bal. ad exclusionem concursus, cum in vers. Caue tibi, concludere videatur contrarium, licet Ruyn. in illis terminis, hæredis simpliciter instituti, in quibus loquitur Bal. iuxta l. vxori. ff. de vsufr. legat. d. cons. 190. reprobet, & post eum Reuerendiss. Mant. d. num. 17. Vide tamẽ, quæ animaduertit doctissimus Hipp. Rimin. suo cons. supra nu. 5. circa Bal.

Ad cons. Castr. 218. quod supra fuit etiã allegatum, dicas, vt supra nu. 7. nõ repeto.

Et illa verba, omnium bonorum, de sui proprietate significant totum integrale, respectu hæredis instituti in omnibus bonis, vt dixi supra secundis alleg. num. 78. Nec respectu vsufructuarij dictio, omnium, importat totum, & integrum, vt est communis op. de qua supra.

163 Et sic retorquetur argumentum. hæres † institutus in omnibus bonis, rebus, iuribus, & actionibus, dicitur institutus in toto integrali, Bero. cons. 35. num. 10. vol. 2. etiam si vsusfructus omnium bonorum alteri detur, quia dictio, omnium, non importat totum, & integrum vsumfructum ad exclusionem proprietarij, ut de communi testatur Rol. d.

164 cons. 8. Et cui † datur totum integrale, datur concursus in vsufructu, propter coniunctionem realem in fructibus, Bar. in l. Re coniuncti num. 10. Alb. in. d. l. si alij, ergo.

Et an l. si alij, habeat locum tantum in relicto fundi, & in quibus casibus habeat locum, late dixi supra in secundis allegationibus, ibi videndũ. & quod Picus non fuit illius sententiæ, vt tantum in fundo locum habeat, dixi supra num. 2.

Et est verum, quòd quando testator instituit hæredem Titium simpliciter, quod tunc non datur concursus, dato vsufructu omnium bonorum alteri, quia hæreditatis nomen stat sine aliquo corpore, ne dum sine vsufructu. Sed quando testator vult non simpliciter hæredem, sed hæredem in omnibus bonis, mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus exprimendo sic, tunc non dicitur voluisse in intellectu, & sine corporibus, sed in om-

nibus rebus, & corporibus, & incorporibus, ideo tunc datur concursus, quia cessat supradicta ratio Castrensis.

Et in his terminis simplicis hæredis loquitur Cavalc. in repertorio ad Decis. in verbo vsusfructus l. vltimo. Sed non negat Cavalc. quod si verba testatoris patiantur, quod l. si
165 alij, non habeat locum in hærede, quinimo dicit vnum notabile, quod si † sit institutus quis hæres pleno iure, & vxori detur vsusfructus totus omnium bonorum, quòd erit concursus, & quod ita in Patria sua fuit iudicatum, & quod ille dispositiones habentur, ac si essent dispositiones simplices, & ita est pro nobis Cavalcanus, non contra nos: quia ratio decisionis illius illa est, quia illi instituto pleno iure, dicitur datum totum integrale. quæ adhuc militat in hoc nepote, vt ostensum est supra.

Ad cons. Goz. 47. & Parisij 94. & 97. habes responsum supra.

Ad cōs. 1. Soc. dixi supra latè. videas ibi n. 40. & 43. & seq. qa habes multa opportuna.

Ad l. si proprietas fundi. ff. de vsufr. accresc. & ad dicta ibi per Alber. vide, quę scripsi supra in secundis allegationibus nu. 45. & seq. nu. 49. & seq. & nu. 56. vide non repeto. & nu. 62. ibid. quod Bal. non fuit sibi contrarius, & quod neq; Castr. ibid. nu. 66. & ibid. nu. 73. declaratur Felin. in cap. Rodulphus. de rescript. & nu. 74. datur sensus Hormanotij.

Et non obstat nobis illa doctrina Iacobi de Aretio, relata per Alber. in l. si proprietas, de qua vide in secundis allegationib. supra nu. 49. & seq. Quia in casu nostro non est proprietas simpliciter data huic nepoti, sed cum adiuncto omnium bonorum mobilium, & immobilium, rerum, iurium, & actionum, & omni meliori iure, quo testator potuit.

Nec tex. in l. si tibi proprietas. ff. de vsufr. accresc. facit in contrarium, vt dixi supra in secundis alleg. nu. 28. & 29. & nu. 52. ibi videas.

Et tex. in l. si tibi vsusfructus purè. ff. quib. mod. vsusfr. admitt. nihil obstat, vide dictis alleg. secundis nu. 35. & 36. Nec contra sentit Accorombonus in §. Nihil cōmune, vt dixi dictis allegationibus nu. 79. & sequentibus.

166 Et ex iam dictis remanet firma minor propositio, quòd D. Cornelius † Canalis nepos sit institutus in toto integrale, cum sit institutus explicitè in omnibus bonis, mobilibus, & immobilib. iurib. & actionib. omni meliori iure; quia ita explicat Bero. d. cōs. 35. nu. 10.

Nec obstat argumentum adductum ad probandum, quòd vsusfructus non est pars integralis corporum; & D. Cornelius est institutus in corporibus, ergo D. Cornelius non est institutus in vsufructu. Quia argumentum laborat in æquiuoco.

167 Vsusfructus † significat ius incorporale formale, separatum à dominio illarum rerum, in quibus competit, quia hoc ius est in persona vnius separatum, dominium verò illarum rerum, in quibus competit, est separatum existens in alia persona, hi sunt termi-
168 ni. §. 1. Inst. de vsufr. & principij eiusdem tituli. Hoc † ius sic separatum, non est pars integralis rerum, quas respicit. ita intelligit Imola, & intelligunt omnes in l. qui vsumfructum. ff. de verb. oblig.

Et est verissimum, quòd D. Cornelius non est institutus in hoc iure formali vsusfructus, quia hoc est impossibile, vt sit dominus rerū, & habeat seruitutem vsusfructus formalis, cum res sua nemini seruiat. Nec coniunctio realis mulierum, & D. Cornelij est in hac seruitute formali, nec id nos dicimus. & in hoc est argumenti deceptio.

Res aūt ille, in quibus hoc ius formale seruitutis cōpetit, dicuntur totū integrale, quia
169 † cōstant ex duob. partib. integrātib. rē ipsām, videlicet ex substātia ipsarū rerū, & ex emo
170 lumētis, seu fructibus fluentibus ex ipsa substantia. fructus † fluentes ex ipsa rei substantia dicuntur

dicuntur vsusfructus equiuocè, cũ pertinent ad eũ, ad quẽ ipsarũ rerũ substãtia spectat; & doctores magistraliter appellant vsumfructum causalem, quia proprietas, & dominiũ substantiam rei continens, est in causa, vt fructus quoque pertineant ad eum, ad quẽ res
171 ipse pertinent. Et in his † fructibus, & emolumentis fit concursus inter Dominum rerum, & habentem seruitutem formalem iuris vsusfructus. quando igitur testator dat res ipsas expresse hæredi, & non separat, dicendo deducto ipso vsufructu, ipso emolumẽto, tunc dat totum integtale, idest dat ipsam rerum substantiam, & ipsas accessiones, dãdoq; ius seruitutis formalis alteri in eisdem rebus, quòd respicit eosdem fructus, facit realem
172 coniunctionem inter vsufructuarium; & proprietarium, & sic concursum. Igitur † ipsi fructus, ipsum emolumentum rerum, sunt altera pars integralis, & corporum, & iuriũ, idest, & rerum corporalium, & incorporalium; & ita Bar. intelligit, & intelligunt omnes. Et nulli dubium, quod ius vsusfructus formalis non dicitur pars integralis ipsarum rerum; immo nec respicit res ipsas integras, sed alteram tantum partem ipsarum, videlicet, fructus. Et dum dicitur, quod D. Cornelius est institutus in corporibus, addendum, & etiam in iuribus, in rebus, in bonis mobilibus, immobilibus, in actionibus omnibus. Et non est dubium, quod cui dantur corpora datur totum integtale, vt in d.l. si alij. Cui enim datur fundus, datur corpus, & datur totum integrale, nisi addatut deducto vsufructu, ergo D. Cornelius est in toto integrali omnium bonorum institutus. Esto quod cũ instituitur in bonis, intelligatur de corporibus mobilibus, & immobilibus, ad differentiã, iurium, & actionum, de quibus additur explicitè. Et hæc enumeratio specifica facit pro D. Cornelio, quia patet, quod nõ solum testator voluit eum heredem intellectualem, sed ẽt hæredẽ omniũ, & singulorũ, secundũ totum integrale, ita vt argumentũ retorqueatur.

Et dictum est, quod verbum proprietas, in casu nostro, non est simpliciter prolatum, quicquid sit cum simpliciter profertur, sed dedit bonorum, rerum, iurium, & actionum proprietatem testator, omni meliori iure, quo potuit. & ita dedit totum integrale, & plenam proprietatem, vt dictum est.

173 Et † Riminal. in cõs. 411. referẽdo Alber. in l. si alij, retulit in secũdo eius dicto, & ratione, quod in dubio, cui proprietas rei datur, nõ cẽsetur vsusfructus adeptus, nisi expresse dicatur deducto vsufr. & inde infert ad exéplũ fundi, nõ quod voluerit restringere ad casum fundi; Quia Rim. allegabat in filia instituta in omnib. bonis. & ita in generalitate, nõ in re speciali, & cõcludit dari cõcursum, & hic est casus D. Cornelij, qui nõ est institutus in hæreditate simpliciter, vt supponitur. Nec scio videre, quod Rimin. d. cons. 411. cõcludat contra illã filiam institutam in omnibus bonis, vt ex aduerso deducitur. Et Reueten diss. Mant. d. cap. 6. num. 20. in fin. adducit pro concursu, quia viget ratio l. si alij.

174 Et † consilium Ruy. 40. non tollitur, quia si intelligatur natura realis coniunctionis apperebit, quod stant simul, quod mulieres sint omnium bonorum vsufructuariç, & eorundem omnium bonorum D. Cornelius sit proprietarius, & quod propterea testator sic disponendo, non corrigit seipsum. aliud enim est coniungere honoratos, aliud adimere. & quia hoc est plusquam manifestum non laboro.

175 Nec † tollitur dictum Caualcani nu. 45. sui tractatus, ex responsione illa, quòd procedat, vt detur concursus in generalitate bonorũ, vbi est titulus legati, quasi repugnet, vbi titulus vniuersalis hæreditatis, iungeretur generalitati, quia ius non stat in titulo, sed in verbis, late probaui in secundis allegat. supra nu. 106. & seq. ibi videndum non repeto.

Et ratio diuersitatis est notabilis, cum explicatur generalitas, vel non, sed simplex titu

 lus

lus hæredis, vt ibi videndum nu. 116. & nu. 133. & 134. non repeto.

176 Et † profectò, si testator diceret. Lego omnia bona mea Titio, vsumfructum eorundẽ omnium bonorum lego vxori meæ, seu in vsufructu omnium eorundem bonorum instituo vxorem meam, & hæredem in omnibus bonis, rebus, iuribus, & actionibus prædictis instituo nepotem meum. magnum esset absurdum, quod conceditur ex aduerso; Quod Titius legatarius omnium bonorum concurreret in vsufructu cum vxore, At verò nepos institutus in eisdem bonis, non concurreret, cum nulla diuersitatis ratio, nisi tituli, eo casu reddi possit inter nepotem, & Titium.

Riminaldi cons. 411. remanet firmum ex supradictis, & ex alijs superius, non repeto.

Remanet quoque firmum cons. 40. Ruyni, quia contraria sunt sublata in principio præsentis consultationis num. 28. & sequentibus.

177 Nec † est verum, quòd eadem est virtus, expressi à testatore actu, & eius quod potentia contineri potest. Nec est verum, quòd idem est dicere instituo te hæredem, & instituo te
178 in omnibus bonis rebus, iuribus, & actionibus. Nec † est verum in sensu, de quo agimus, quòd hæreditas, vt est nomen iuris, est quid conflatum ex omnibus bonis, rebus, iurib. & actionibus. Nec habuit hunc sensum Portius, cons. 178. nu. 2. quia si hoc esset, qui bona non habet, non haberet hæredem, quòd est contra principia communia, quia omnes
179 dicunt hæreditatem esse, & sine bonis, & sine corporibus. & quòd † hæreditas, & bona hæreditatis sint aliud, Ruynus per argumenta demonstratiua ostendit, vt supra explicauimus nu. 98. & seq. Ideo responsio eiusmodi, nihil Ruyno detrahit.

180 Nec est † iuridica illa responsio, vt institutus in omnibus bonis, rebus, iurib. & actionibus, concurrat cum vsufructuario omnium bonorum, si est alius datus cohæres vniuersalis, quia tunc talis habebitur loco legatarij. At secus si non sit alius institutus hæres vniuersalis, quia confunditur hæc distinctio, ex l. & cum triplici. ff. de verb. signific. & ex tex. in l. ex facto. ff. de hæred. instit. Duo enim possunt esse hæredes instituti, per coniunctionem realem in toto asse, probat tex. in d. l. cum triplici. expressioq; bonorum non im
181 pedit ipsum ius vniuersale, sed operatur, vt probatur in d. l. ex facto. Si † igitur duo sint instituti hæredes in generalitate bonorum, vterq; erit hæres vniuersalis, & vterq; concur
182 ret. Si † vnus sit simpliciter hæres, alter sit hæres explicite in omnibus bonis, rebus, iurib. & actionibus, & Tertius sit vsufructuarius omnium eorundem bonorum, erit vterq; hæres vniuersalis. per d. l. & cum triplici, sed expressio in altero operabitur concursum cum vsufructuario, at solum nomen vniuersale hæredis, excludet alterum hæredẽ, & hoc iuri est consonum. & stat simul vniuersitas cum generalitate, cum & generalitatis expresio, firma manente vniuersalitate operari potest, vt optime probat tex. in d. l. ex facto. ff. de hæ
183 red. instit. Et † tunc habetur loco legatarij institutus cum est in re certa, non cum instituitur in omnibus rebus. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæred. instit. & ibi omnes. Ideo non subsistũt supradicta contra cons. Ruyni, & eius dictum; quod institutus in omnibus bonis, perinde habetur, ac si esset institutus hæres in singulis bonis omnibus in hæreditate contentis, per l. si chorus. ff. de leg. 3.

Quo ad responsiones ad clausulam omni meliori modo, supra latissimè diximus, nec noui aliquid additur, ideo non repeto, dic, vt in secundis allegationibus num. 211. cum multis sequentibus, & nu. 214. & supra inter has responsiones nu. 134.

Et illa consideratio (durante, & extincto) remanet firma, quia nihil noui additur vltra ea, quæ diximus modo supra nu. 132.

Et

Et quia supra etiam ostendimus, quòd verbum proprietas, additum bonis, & subiecto integrali, de sui proprietate importat fructus, ideo vlterius non insisto. Nam ostendi, quòd propter realem coniunctionem potest stare propriè omni tempore. Ideo non est necessaria illa responsio, ad quam confugitur, vt stet impropriè, & propriè.

Et nulli dubium, quòd, & Accorombonus, & omnes, vbi loquuntur de vsufructu, vti iam formaliter separato ab ipsa proprietate, quòd intelligunt de nuda. Sed nos non id quærimus, sed quærimus quibus verbis testator dicatur separare vsumfructum, relinquendo nudã proprietatem, & quibus casibus non dicatur dedisse nudam proprietatem, licet separauit vsumfructum, sed fecerit coniunctionem realem in ipso vsufructu, hoc est in ipsis fructibus. Ideo sunt videndi Doctores, dum loquuntur de proposito subiecto, nondum de alia loquuntur materia, & iam separationem factam supponunt.

MAGNIFICI, ET CELEBERRIMI I. V. Monarchæ, D. Ioseph Rosetti, Rotæ Bonon. Auditoris dignissimi Decisio.

Quam pro Nepote edidit Kal. Decembris Anni MDLXXXVI. cum in causa in decidendo, & iudicando votum haberet, vt in Originali eius manu scriptum apparet.

IESVS.

DECISIO.

Verba Testamenti, illa sunt.



IN omnibus autem eius bonis mobilibus, & immobilibus, rebus, iuribus, & actionibus præsentibus, & futuris, eius hæredes vsufructuarias esse voluit eius vxorem, necnon eius sororem, & ambas æqualiter, & æquis portionibus donec vixerint; & si eius vxor morietur ante mortem d. eius sororis, dictam eius sororem succedere voluit in vsufructu prædicto, eique partem vsusfructus vxori relictam accrescere voluit, & omnium bonorum vsufructuariā esse donec vixerit, & è conuerso; si dicta eius soror morietur ante mortem dictę eius vxoris, vxorem succedere voluit in ea parte vsusfructus relicti eius sorori, & eam partem accrescere voluit eius vxori, & omnium bonorum vsufructuariam esse, donec vixerit.

Vsufructu autem prædicto durante, & eo extincto, vt supra, hæredem proprietarium in omnibus eius bonis, rebus, iuribus, & actionibus prædictis instituit, & esse voluit eius ex sorore nepotem, & post eum eius filios, omni meliori modo, iure, via, causa, & forma, quibus magis, & melius, validius, & efficacius fieri potuit, & potest. Et hanc suā, &c. quam valere voluit, &c. omni meliori modo, &c.

Nepotem in Themate suprascripto cum vxore, & sorore prædictis, vel cum altera earum, altera prędecente, vsumfructum causalem, per concursum pro semisse, in omnibus bonis, mobilibus, & immobilibus, rebus, iuribus, & actionibus testatoris habere, decidendum venit ex mente, & ratione l. si alij, & §. fin. l. Sempronius Attalus. ff. de vsufr. legat. & l. si proprietas fundi. ff. de vsufr. accrescen.

Quia prima ratio ipsarum legū expressa per Alber. in d. l. si alij, & reassumpta per Rimi. cons. 411. vol. 3. vrget in casu præsenti, quæ est, quòd in dubio à relicto proprietatis rerū, vsusfructus causalis, qui est emolumentū proprietatis, nō debet cēseri ereptus, & cui datur rei proprietas, datur & causalis vsusfructus eiusdem rei, & concursum cum usufructuario. d. l. si proprietas, vbi Alber. Odofred. & Bal.

Nec illa interpretatio admittenda est, si proprietas fundi, idest fundus, tum quia in ponendis decisionibus vltimarum voluntatum, Auctores legum vetustarum in referenda specie facti, vtuntur verbis, quibus in facti contingentia testatores vsi fuerunt, vel quibus si testatores vterentur, idem deciderent, vt rectè considerarunt nouissimi Vtinen. in l. 3. nu. 147.

num. 147. fol. 88. vers. Et cogitandum. ff. de leg. primo. Tum quia d. l. si proprietas fundi, nisi significaret, quod relictum fundi, & relictum proprietatis fundi, eandem decisionem in concursu recipiunt, cum idem sit constitutum in d. l. si alij, & in d. §. fin. l. Sempronius Attalus, cum nihil noui afferret, frustra apponeretur eodem titulo, quòd Imperator negat factum fuisse in compillatione sua, vt bis idem omnino repetatur in l. 1. §. iubemus C. de vet. iur. enuc. immo in l. 2. §. si quid autem, vers. Deinde sciat, eo. tit. ait, quod repetitio nouam potest vtilitatem afferre, breui etiã addito verbo. Et Castren. apertis, & exprẽsis verbis in sua lect. Auenionen. in d. l. si proprietas, per illum tex. ait, idem esse relictum fundi, & relictum proprietatis fundi, & vtroque casu dari concursum. Et tex. d. §. fin. l. Sempronius Attalus, probat sententiam Castrensi vers. Item è contrario, si iungatur cum principio illius. §. Cui etiam optime respondet tex. in l. si tibi vsusfructus pure. ff. quéad. vsusfr. amitt. Vbi dum Affricanus in casu iam extincti vsusfructus per consolidationem, inquit, non esse curandum, An fundi illius proprietas sit simpliciter data, An cum additione (deducto vsufructu proprietatem fundi lego) innuit, in casu non extincti vsusfructus, rationem fuisse habendam, An proprietas fundi simpliciter, an deducto vsufructu, eo casu relicta esset.

Nec credendum sine ministerio, cum ll. rei proprietatem dant, atque nudam significare volunt addere, deducto vsufructu, vt d. l. si alij, & l. vsusfructus pluribus modis, vers. Sed & proprietas, & vers. Nihil autem vetat. ff. de usufr. l. si duobus, l. inde Neratius, vers. Vnde Celsus, l. Et si non tradideris, & l. seq. vers. Sed si cui. ff. de vsufr. accrescen.

Habent igitur ll. rem dare, & rei proprietatem dare, idem esse, hoc est, pleno iure dare, nisi addatur, deducto vsufructu, Nec curandum in casu nostro de dicto Alberici in d. l. si proprietas fundi; quòd cum vni fundi vsusfructus datur, alteri proprietas, sine repetitione verbi fundi, quod tex. in. d. l. si proprietas, nõ procedat, quia in eo repetitur, & dicitur, si proprietas fundi. Quia in casu nostro adest repetitio in pdictis bonis, mobilib. & immobilib. rebus, iuribus, & actionibus. Et sic adest realis coniunctio, repetit enim dictio prędictis, omnia de quibus supra, Ripa in l. filiusfamilias. §. Diui num. 111. de leg. 1. & repetit cum omnibus suis qualitatibus, vt per Alciat. cons. 75. num. 10. lib. 9. vol. 3. vbi ait, ita communiter docere scribentes, in l. si cui, la seconda. ff. de leg. primo. Nec dictum Alberici trãsit sine dubio, quia cum vni usufructus fundi, & alteri proprietas datur, necessariò subintelligitur, eiusdem fundi. & licet testator, ne dum deducto vsufructu, sed & alijs vtendo verbis, nudam possit proprietatem significare, ex parte sanè proprietarij, nudam addẽdo, aut dicendo in omnib. alijs, aut verba similia exclusiua coniunctionis realis, vt ait Caual. suo tract. de vsufr. mul. relict. nu. 63. ex parte vero vsufructuarij, dicendo vsumfructum pleno iure, totum, integrum, liberum, sine diminutione, quibus casibus, nuda datur proprietas. Cras. suo tract. de success. §. legatum q. 25. num. 3. Caual. eo. tract. num. 49. tamen in serie nostra, nil tale exprimitur.

Et ex parte proprietarij enunciantur verba significatiua exuberatioris coniunctionis. Nam, & si vsufructuariæ sint omnium bonorum, nepos quoque ex voluntate testatoris est eorundem bonorum proprietarius. nec inde testator dicendus seipsum statim correxisse, quippe, cum aliud sit ademptio, aliud coniunctio, l. Re coniuncti. de leg. 3. iuncto tit. de adimen. legat. Realis namque coniunctio ab initio, dat petitionem in solidum honoratis, & si non concurrant est locus iuri non decrescendi, & si concurrant, in vsufructu faciunt sibi partes, vt docent omnes, in d. l. Re coniuncti.

Nec eo quòd hic testator sæpius mulieres voluit omnium bonorum vsufructuarias, dicendũ exprexisse, integrum vsumfructum, dictio enim illa (omnium) ex se collectiua est, non distributiua, Glos. sed omnes, l. si pluribus hæred. in princ. de leg. primo, in terminis respondet Picus doctoribus Mediolanen. in l. Titio. §. Titia cum nuberet, num. 26. vers. & ita dicebam anno præterito de leg. secundo, Caual. d. tract. num. 62. vbi ait non excludi proprietarij concursum, ex sola dictione (omnium) & in iudicando durum aliter dicere contra dictam decisionem, quæ est Bartoli, à pluribus communem attestatam inquit Rol. cons. 8. num. 16. vers. & licet, vol. secundo.

Et in proposito casu nostro, cum sit hinc indea, pposita dictio in omnibus, nulla remanet dubitatio. Vel eo maxime, quia ex parte nepotis apposita est clausula, omni meliori modo, & iure, quo magis efficacius potuit testator, quæ significat plenitudinem iuris, Caualc. d. tract. num. 75. fol. 240. & num. 227. fol. 435. vbi refert Ruynum suo cõs. 47. num. 20. vol. 2. quæ cum sit addita verbo, instituit, & sic enunciationi disponenti, per eam testator confert in nepotem, quicquid potest, Simon de Præt. de interpr. vlt. volun. lib. 2. sol. 4. num. 34. vers. Octauus est casus fol. 128. sicque pleno institutum iure, concurrere cum vsufructuario omnium bonorum, respondet Alex. cons. 56. nu. 2. vol. 3. quod est communiter receptũ, vt Cras. refert suo tract. de succes. §. legatũ. q. 24. nu. 11.

Et cum casus euinisset in Patria sua, & Monti Pollicianο, propter illa verba, pleno iure, in proprietate apposita, fuisse iudicatum, vt proprietarius concurreret cum vsufructuario totius, & integri usufructus, attestatur Caualc. in suo repert. ad Decis. in verb. vsusfructus l' vltimo. Nam propter illa verba plena hinc inde apposita, perinde illa relicta esse habenda ait, ac si vsusfructus fuisset simpliciter relictus vni, & sola proprietas alteri esset data, quo casu, inquit, est locus l. si alij. Cumque d. clausula in ipsa substantia institutionis nepotis sit apposita, non confirmat tantum, vt facit, cum in fine post disposita separatim profertur, sed etiam operatur, & influit, vt supra, vt egregiè explicauit in simili Hipp. Rim. Inst. de donat. in princ. num. 10. & sequentibus, & num. 353. vers. Sextus est casus; vbi ait, quòd si mortis causa donetur, omni meliori modo, cum melior modus sit donatio irreuocabilis, quàm reuocabilis, censendum, quòd sit contracta donatio irreuocabilis inter uiuos. Et in serie testamenti, de quo agitur, legitur repetita iterum inter clausulas salutares, & de illa salutari intelligitur illa doctrina, quod confirmat tantum, non autem influit plenius primo loco dispositis. Nec huiusmodi clausula, ad nepotis filios tantum referenda est, cum ex vnico communi verbo, instituit, nepotem, & eius filios respiciente, vnicum capitulum, atque vnica oratio dicatur. Borsat. cõs. 104 num. 7. quapropter ipsa clausula, vna cum illo verbo, instituit, ad vtrumque refertur, ut docuit Bart. in l. talis scriptura. §. ultimo. ff. de leg. 1. Boer. decis. 146. num. 2. Corn. cons. 62. num. 5. uol. 2. Et maxime in casu nostro referenda ad nepotem, uti magis dilectum, cum nulla sit ratio, ut magis ad nepotis filios referatur, nam & absurdum esset, quòd modo filij nepotis, ex uulgari substitutione, admitterentur ad concursum, si nepos testatori fuisset præmortuus, nepos autem superstes ex prima institutione succedens excludatur, ad tradita per Castren. cons. 455. num. 1. uol. 2.

Nec dubitandum dispositionem dd. ll. si alij, si proprietas, Sempronius Attalus. §. fi. habere locum, non tantum inter relicta singularia, uerum etiam inter generalia, & uniuersalia, ut de communi testatur Borgn. d. suo tract. num. 45. dicens, eum cui omnium bonorum, uel certarum rerum proprietas relinquitur, habere concursum, cum usufructuaria

omnium

omnium bonorum; & in terminis nostris institutum in omnibus bonis concurrere cum vsufructuario omnium bonorum, respondet Rim. sen.d. cons. 411. vol.3. cui subscribit Mantica de coniect. lib.9. cap.6.nu. 20.ex ratione d.l. si alij. Et hæredem institutum pleno iure, pariter concurrere, cum vxore vsufructuaria omnium bonorum ponit ibid. Mant. num. 19.& est communis opinio, vt supra. vnde sequitur, quòd si verba patiantur, vt in casu nostro, etiam in hęrede l. si alij, habet locum. Et in casu Pio, Virginũ, quibus vsusfructus omnium bonorum erat datus, vt nuberent, hæredes, quibus eorundem bonorum proprietas erat data, habere concursum ex ratione d.l. si alij, tradit Paris. cons. 74. num. 82. vol. 3. & cum ratione quidem prædicta deciduntur; nam cui omnium bonorum, mobilium, & immobilium, rerum, iurium, & actionum proprietas datur, perinde habetur, ac si singularum rerum, & actionum, singulorum bonorum, mobilium, & immobilium, & singulorum iurium proprietas concederetur. l. si Chorus in principio de leg. 3. Ruyn.cons. 40. num.7.vol. 2.

Et rursus, quia in omnibus casibus prædictis singularium, generalium, & vniuersalium relictorum, locum habet secunda ratio, expressa ab Alberico d.l. si alij, & à Bar.in d. l. Re coniuncti num. 10. vt scilicet is, cui datur totum integrale rei relictæ, cum eidem quoque detur causalis rei vsusfructus, qui dicitur altera pars integralis ipsius rei, l. qui vsumfructum, & ibi, Imol. ff. de verb. oblig. concursum habeat cum eo, cui eiusdem rei vsusfructus datur, propter coniunctionẽ realem vsufructuarij, & proprietarij, quæ consistit in fructibus eiusdem rei, ipsa enim expresio bonorum, ostendit realem coniunctionem inter honoratos, secus si eiusmodi expresio facta non fuisset, ita Bero. cons. 34. nu. 16.& 17. vers. Adde quod refert, & in cons. 35.nu. 10. expresse ait filium institutum in omnibus bonis habere totum integrale bonorum, & sic per rationem l. si alij, debere concurrere in vsufructu cum vxore testatoris eorundem bonorum vsufructuaria, deducta tamen prius legitima cum suis fructibus.

At vero, vbi institutus simpliciter hæres institueretur, nec adderetur in bonis, cessat d. ratio l. si alij, quia non exprimitur aliquid ex parte hæredis, significans totum integrale, in quo posit fieri realis coniunctio, inter sic simpliciter institutum hæredem, & vsufructuarium omnium bonorum, quia hæres, & hæreditas stat sine bonis, stat sine vsufructu causali bonorum, hæreditasq; delibata, hæreditas est, secundum totum vniuersale, sicut, & animal, dempta vna specie remanet in se totum, ait Bar. in d. l. Re coniuncti num. 10. & huc tendunt omnia responsa, quæ dicunt non habere locum l. si alij in hęrede; & cumulata per Manticam num. 17. vbi supra aliudque sunt bona hęreditaria, aliud hæreditas, vt demonstrat Ruyn. cons. 40. & cons. 35. aliud enim est vniuersale, aliud est totum generale, integrale, ab vniuersali enim si quid detrahes, totum remanet; At vero si à toto integrali generali, vel speciali, detrahas partem integralem, non erit totum, ait Bart. vnde cum vsusfructus causalis integralis, sit pars bonorum, vt Bero. ait, d.cons. 35. num. 10. Si formalis vsusfructus detur, quod ius respicit fructus bonorum, & sic alteram partem integralem bonorum, vt explicat Imol. in l. Qui vsumfructũ. ff. de verb. oblig. Manifeste sequitur, realem tunc adesse coniunctionem, & sic concursum dandum, ex ratione d. l. si alij, inquit Ruynus.

Nec eiusmodi expressio tribuenda est Notario, quia institutionum verba, sine dubio ad testatorem, non ad notarium sunt referenda, vt comprobat Sim. de Præt. de interpret. vlt. volun. lib. 3. sol. 1. nu. 2. in fin.

Et in

Et in testamento, omne verbum, immo, & omnis syllaba censetur non frustra, & otiose apposita, sed cum effectu operandi, Sim. multis confirmat ibid. lib. 2. fol. quinta num. primo, & secundo. Et potest testator generalitatem rerum, seu bonorum, & singularitatem iungere titulo vniuersali hæreditatis, & operatur generalitas, & specialitas sic addita, nec sunt hæc inconsistentia, l. Ex facto proponebatur, l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæred. instit.

Et cum testatoi potuerit vno verbo dicere, nepotem, & post eum eius filios instituo. d. l. 1. in principio non est credendum frustra, sic plene, & sic explicitè instituisse hunc nepotem, cum nil otiosum in testamentis exprimatur, l. si quando ff. de leg. primo. Paris. cons. 6. num. 12. & cons. 54. num. 67. vol. primo, & cons. 71. num. 19. vol. 3. Sicut, nec frustra credendum, expressisse copulatiuè, tempus existentis, & tempus finiti vsusfructus mulierum, sed ad demonstrandum vtroque tempore, nepotem esse hæredem in toto integrali, licet tempore vsusfructus, cum concursu, finito vero sine concursu, l. Iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. Nec ad effectum prædictum concursus curandum est, an titulo legati, an titulo institutionis, vsusfructus sit datus, & totum integrale bonorum sit concessum, sicut Ruynus, Rimin. & Mantica non curant in locis supra adductis, sed an ratio l. si alij, realis coniunctionis, vigeat in casu nostro, in qua ratione, fundantur omnes casus, in quibus datur concursus. Et excluditur casus hæredis simpliciter instituti, quia dicta ratio coniunctionis nō potest locum habere, cum nihil exprimatur in quo coniunctio possit fieri, nam hæreditas stat sine bonis, cum sit quid vniuersale, & corpus fictum, vt hanc rationem explicat Mantica d. cap. 6. num. 17. Pic. Castren. & alij Consultores.

Et in effectu titulus institutionis in vsufructuario, non dat vniuersalem iuris successionem, cum sit in re certa, & alius reperiatur vniuersalis perpetuus hæres; vnde in effectu vsufructuarius loco legatarij habetur, non hæredis vniuersalis, Caualc. d. tract. num. 72. Ant. Cioff. cons. 35. num. 3. & 6. vbi confirmat. Vt interim omittamus, quod in hoc testamento, dixit testator velle vxorem, & sororem hęredes vsufructuarias, & non vsus est disponendo de vsufructu, verbo, instituit; Verbum autem, volo, fideicommissariæ bonorum hæreditatis successionis in vsufructu est significatiuum. §. verba autem fideicommissorum, inst. de sing. reb. per fideic. relict.

Et quicquid sit in casu, quo proprietas simpliciter sine expressione bonorum, & sine clausula omni meliori modo, datur hæredi, an de nuda intelligatur, an vero de plena, ad rem nostram nil officiet, ex quo explicitè dicitur, in bonis mobilibus, & immobilibus, rebus, iuribus, & actionibus, & datur, omni meliori iure, magis efficaci, quo potuit testator, clarissimum autem est ius plenum, efficacius esse nudo iure.

Et Rol. cons. 8. in fin. ait, proprietatem, & vsumfructum esse diuersa, nec se habere, vt vnum derogatorium alterius, nec vt genus, & species, nec esse locum regulę, generi per speciem derogatur, sed ita inuicem se habere, vt proprietas tota non possit præstari sine diminutione sui vsusfructus causalis, nec vsusfructus formalis sine diminutione fructuum, cū in eis fiat concursus, ex dispositione, & ratione l. si alij.

Et cons. Beroi 34. vol. 2. facit in ratione, ait enim nu. 18. quod mens testatoris, circa coniunctionē debet colligi ex expressis à testatore in suo testamento, non ex non expressis, & exprimit eadem bona in casu præsenti, & in responsionibus ad motiua, non satis fit huic rationi.

Et

Et cons. 35. eiusdem Beroi est in terminis num. 10. non num. 24. videatur, ait enim dari totum integrale instituto in omnibus bonis, & esse locum l. si alij, cui adde Bar. cõs. 33. num. 2. qui loquitur per verbum relinquo, quod est commune ad institutionem, quia inquit habet locum l. si alij, & huic motiuo non fuit responsum.

Et dictio, Autem, non separat, sed coniungit, subiungendo, & perficiendo voluntatem testatoris, ut dictum est in congressionibus.

Et dictio, prædictis, refert eadem corporalia, & incorporalia bona, in quibus mulieres sunt usufructuariæ, & repetit cum suis qualitatibus, vt dictũ est, & sic excludit interpretationem, vt bona sumantur pro hæreditate in casu nostro, & non habet sensum responsio, vt dictio, prædictis, referatur, ad quæ nunc dicuntur, non ad antedicta.

Et clausa omni meliori modo, refertur ad primum institutum nepotem, & ad nepotis filios vulgariter substitutos, cum sit posita sub vno verbo, instituit. & cum sit substantiæ dispositionis addita, influit plenisime, etiam prolata sine copula, ut Rim. iun. in simili, Inst. de donat. in princ. num. 353. Sextus est casus, vbi loquitur sine copula.

Et licet nepos verbis sit separatus à mulieribus vsufructuarijs, tamen cum sit re coniunctus, hoc sufficit ad faciendum concursum, vt omnes testantur in l. Re coniuncti, & hoc est indubitatum.

Quapropter pro nepote decidendum venit.

Decisio proximè impressa extat apud Celeberrimum I. V. D. D. Ioachimum Scainum Rotæ Bonon. Auditorum meritisimum subrogatum in causa, in locum Rosetti prædefuncti; cui Franciscus Centius Generalis Auditor in Ciuilibus discessurus, custodiendam tradidit, velut viro, in quo honos, decusq; legum pugnat, cum probata, & constanti eius vita. Nondũ enim in ipsius Centij locum venerat successor Hieronymus Magonius Vrbeuetanus, genere clarus de legali scientia benemeritisimus, in negotijs peragendis vir expertus, & diligens, in suo cuique tribuendo perpetua, constantiq; voluntate ornatisimus, apud quem velut in causa cognitorem, & decisorem cum voto cæterorum ex commisionis forma, decisionem ipsam relinquendam statuerat.

LAVS DEO
BEATAE MARIAE VIRGINI,
& B. Catherinæ Virgini, & Martiri.
Amen.